sius incidit sui. pro eo quod quod diatis
communalibus suis dictum camerarium eadem
causa fuerat aduocate. hinc commination appellatione
prebere. ut ad festum purificationis uir
go esset ab appellatione prosecutionem retinsa. licet no
bis non potuerit legere in ponere. ut eam te
neremus contra dictum comminationem expedire.
Cum igitur secundum legitimas sanctiones lix que
in consistorio principis spatium differri. absque ali
quo more dispendio permanere. donec ip
sa fuerat terminata. et a prioribus dimini
tur more. Iterum autem dictum camerarium
prosequens nuntium coram. et ipse usque ad
comminationem legitimum expectato. impetra
tis litteris recessit. cum non frans et do
lus non debet alicui patrocinari. et quod
si est ita. partibus conuocatis audiatis causam.
et cetera. Idem wigorn. et clarit. episcopis.
Bone memorie. G. de camera prosecutione ecclesie
de sano uita uniuersitate canonicis ingressa ab
bas sancti augustini cantuarien. eidem
ecclesiam quam dicit se asserit pertinere. pro posset
monachos. post per se ipsum possessionem ingre
sus. ad nos pluries uoce appellationis emiserit.
ne quis eum super possessione ipsius ecclesie presumeret
molestare. Cuiusque aliquandiu pro
tam ecclesiam pacifice possedisset. quod la
pso cantuarien. diocese. dictum abbatem et mo
nachos de possessione ipsius ecclesie prouide
tia eiecit et cetera prouisor uero archidiaconus.
proposuit expulsis. quod destituta persona ecclesie
archiepiscopus tamen dat ei custodiam in
manu archidiaconi contra prescripsit. tamen de iure com.
quod de generali consuetudine. tamen in illa ecclesia que
in antiquis uniuersitate eiusdem diocesis. hoc iure
semper usi fuere. postea presentatus. G. nomine
archidiaconi ecclesiam possedit eandem. ut pote
que ei unam peruentionem. et v. solidos nomine
census annis singulis exsolueret. et cetera premis
sis quod diligenter inspectis. predictus ab

¶ Nota quod fraus
et dolus alicui
patrocinari non
debet.

II

bate et monachos in eum statum in quo tempore ap
pellationis fuere. ex uerisimilibus coniecturis
libus causis ad nos legitime in posterum fuisse
noscuntur. permittatis per interualla sal
uo iure. reducendos decreuimus. ac fruc
tus medii temporis censuram partem assign
dos eisdem. Idem sancti aug. et sancti gg. abbatibus.
Dilecti filii. I. et H. priores et monachos carum
arien. ecclesie nostri retulerunt. quod cum per
quem inter dictos priorem et monachos et cetera
uarien. archiepiscopum super capella de lame
dis uerteretur. ab eis ad sedem apostolicam nuntiauerunt.
idem archiepiscopus post et acceptum in eos ex
communicationis sententiam promulgauit. Cum autem
plus sit ad sedem apostolicam nuntiis conuenire quam illos
et ipse propter decimam causam ad eos etiam uenien
tibus indigeat ad sedem apostolicam prouocauit.
et cetera quatenus si est ita. dictos I. et H. denuntietis
excommunicationis istius non teneri.
Idem episcopo helien.
Pastoralis officii diligentia et cetera. Quesiuit
ex tua qua inhibetur appellatio interp
to frustratoria tamen inhibita uidetur.
Nos quidem attendentes quod per appellationem
frustratoriam et si non firmus in iuncta ne
gotii non debeat inpediri. Respondemus quod quili
bet prouocatio intelligitur remouere quis
a iure non intelligitur expresse. Sed si ap
pellans fuit in causa causa frustratoria. quam
tamen per superiorem potest emendari. Verum quod
multorum quos ad nos per appellationem legitimam
a iudicibus suis quoque ad aliquem certum arti
culum eximimus potestate. consuluisti
nos utrum frequenter excommunicatus sententia in eo
dem. an denuntiare ipsum ab ea tamquam mi
nus rationabiliter promulgata. in eo casu in quo
ad sedem apostolicam uires optinuisset causa
ante prouocare. eo quod post appellationem interpositam
excommunicatus uidetur iurisdictio detrac
tasse. ipse denuntiare possit eundem. uel a
ad tempus ecclesiasticis beneficiis eiciat spolia
re. Nos itaque. Respondemus quod cum executionem
excommunicationis secum trahat. et excommunicat per

¶ Nota quod ex
communicatus
non tenetur
alicui respondere
coram alio
nisi romana
sede prouocauerit
tenetur ad eam

nitudinem ampli' nō liceē. ipm excō
catū denūtiare pot. ut ab alijs uitet.
ꝛ illi puente' cāctica metō subtrahāt.
cui erē cōīo denegat. | ꝺ pisien. epo.

Sollicitudini pastoral' offici. ꝛc. Sane cū
sic recepim'. duobȝ corā tuo epo litigan
tibȝ. alt' eoꝝ ad se. ap. appellasset. ꝛ eps
appellāntē reputās ɔtumacē. ipm excō
catiōis uinclo īnodauit. q corā metro
politano epo ſ petiit iusticiā exhiberi.
asserēs q post app. ad nos legittiē inē
positam ipm excōicauerit. ꝛ peteret se
ad eum statum quo fuerat app. tempe
a metropolitani reduci. ꝛ denūtiari ui
delicet absolutū. adiciēs et q appellatō
ni nō renūtiauit obiecte. ꝛc. ꝑsequo
lebat eandē. ꝛc. Nos g' ꝺsultōi tue. c.
R'. q sic metropolitan' de app. ad nos
interposita cognoscē oīo nō ualet. sic n̄
de hijs que pt app. fuerit īnouata.
dū m̄ de alijs cognita eo nō possit. n̄ de ap
pellante parte postmodū cognoscat. ul'
de hijs que app. cām cōtingē dignoscūt.
In quo casu si metropolitan' ad cognos
cendū ptes suas interponē forte ꝑlip
ꝑūt. eps posset ad app. beneficiū ɔuola
re. ꝛ illam ad offm ei' q de app. cognitur'
ē ptinet prudentē corrigē que ɔ ipsū ī
uenerit attēptata. Si uō notoriū existe
ret q mādatū epi īdiscretū fuerat
ul' iniustū cui nō tenebat' subdit' obedi
re. ac ꝑsecutiā ei liqueat euident'
subditū legittiē puocasse. pot archieps
auctoritate metropolitica declare sub
ditū inīmunē ex̄titisse anathatis mu
crone pcussū. Eo m aū excōicat' q appel
lauit iux' ꝑscriptā formā corā archiepo
deposit' ɔ epm qōnē. metropolitan' ad co
gnoscendū de cā pot interponē ptes su
as; cū ille appellatōis ꝑsecutioī renū
ciasse tacite uideatur. Set si ubo ul'
scripto app. se uelle ꝑseq ptestet. nō ē tāq
ꝺdicta petens ꝛ ꝺ ɔtrūs audiendus.

Idem epo ꝛ cantori trecen.

Dilectis filijs decano altisiodoren. ac ma
gro. R. altisiodoren. epi ꝓcuratore ī
nrā ꝑsentia ɔstitutis. Idem magr ꝓpo
suit. q cū dcs eps ꝑbrm domus dei ĩ
qua dispōtione pleniarii optinē dig
scitur detineri fecē īuinclis mācipa
tū. ꝑ eo q bona quedam domus eiusdem
que furtiue subtraxerat ꝛ restitue dene
gabat. ꝑ qd et ab eodē epo fuerat excō
municatōis uinclo īnodat'. ꝛ supdcs
decanus epm monuisset ut ei restitu
eret ul' saltē recredēt ꝑbrm memora
tū. quē ad iurisdictiōē suā spectare
firmit' asserebat. eps metuēs ne deca
nus aliqd ī suū ꝑiudiciū attēptaret.
se ac suos. statū eccē ac ciuitatis ꝓtec
tiōī metropolitani supponēs. ad au
dientiā appellauit. unde decan' ꝑt mo
dicū eps uidelm h' ꝓmulgauit. ut
epo ī ciuitate ꝑsente a diuinis ī alti
siodoren eccā cessaret. postmodū uō cū
die app. ꝑfixo ɔparuisset ptes coram
officiali curie senonen. decan' allegans
q appellatōi ab epo īterposite ideo nō du
xerat deferendū. qm ꝑbr supdcs adhuc
ī uinclis tenebat' ad nos uoce app. emi
sit. Officialis aū u[illegible] irritū id
dictū a decano ꝑt app. epi ꝓmulga
tum. ꝛc. Qa uō [illegible] eps eiusdē mo
dos expressit ꝑm quos decanus ꝑtitus
fuit sup captiōe [illegible] ɔtulē.
ad metropolitanā [illegible] appellatōs. deca
nus nō potuit ꝑt hoc ferre snīam ī.
terdicti. ꝛ ideo snīam ipā ab eo post
app. legittiē ꝓmulgatā. irritā decē
nimus ꝛ inanē. nō obstante q de
canus ad exectōnē ꝛ ilia qd narrā
do ꝓposuit. q prius eps appellasset se
tentiā tulerat. cū effectum ad eps
ditā suspendendū. cū itēm appellatō
ne interposita pcede nō debuerit ad
snīam exequendā. officialis pcessit q
ꝑt app. hā snīam iudicū irritā ꝛ inanē
decreuerit temerariū iudicantes. cū ap
pellatio ad nos interposita nich' debuit
innouari. ptea licet excōicatōis snīa ī
decanū ꝑ epm ꝓmulgata rite lata
ꝑma facie uideret. cū ꝑ dictū officia
lē eēt ꝓhibitū ne suāret ī eccā me
dictū. ꝛ decan' ne celebraret ī eccā ꝓ
hibendo uideret diuinū offm ꝑturbare.
qa tn̄ ꝑ appellatōem ad nos legi
time interpositam ex pte decani cui et
officialis duxerat deferendū. aplos ɔ
cedendo nō solū ꝑncipale negm. sꝫ ac
cessoria et ad nrām referebant' exam.
eādē snīam ꝑt app. hā ꝓmulgatā de
cernimus uiribȝ caruisse. Vm licet ar
chieps ꝑt app. ꝑdcām de qua ē ꝑ
officialis litteras īnouerat decanū de
cetu denūtiauit euitandū. senonen
sm canonicos q sanior dicti ɔsilio con
municauerit eidē. ut app. ad nos inter
posite magis q decreto memorati ab archie
piscopo fecē deferret. inculpabiles iudi
camus. | ꝺ mediolan archiepo.

Vt nrm pcedat de uirtute dei iudiciū.
ꝛc. Judicibȝ dedim' in mandatis. ut
si ꝑt secdm mandatū ꝑ qd toti' cogni
tionē negotij ad nrm iudiciū reuo
cauimus traditōē sigilli dcē. h. ante
cognoscerēt de fcām. eā decernerēt ir
ritā ꝛ inanem. īhibentes illi ne quo
libet modo eo uti ꝑsumeret. cā plus
sit ro. pō. ad se aliqd euocare nego
tiū. q̄ quēquā ad eū sup aliquo ne
gotio puocare. | Idē abbati scī feli
cis. ꝛ G. canonico bononien.

Oblate nob' uir litte ɔtinebat. q cū q
dā iudices qbȝ cā que int' sambri.
ꝛ Ruuiormen. plebes uertebatur sue
tat ab ap. se. cōmissa ꝑ plebe sambri
snīa ꝓtulisset. ꝛ a pcuratore plebis
ꝺ ruuiore. ad nos fuit sup eo app
pellatū. nec delatū app. fuisset. nec

II

ad ꝑsecutiōē ipi' t'min' a iudicibȝ assi
gnatus ptibȝ. plebanus de sambri ſr
obsuatiōē ꝑdīe snīe sic rōnabilit' lata
erat. nras ad uos litteras. ꝛ alia pars
alias omissiōis litteris a nob' sup cām
anda eidem postmodū ad alios iudi
ces īpetrauit. nlla ī posteriorib; litteris
de priorib; habita mentiōē. Vn̄ idubi
tatiōē reuocato an posteriores iudices.
ul' uos de illa debeatis cognoscē. nos
sup hoc ɔsulere uoluistis. ꝛc. Licȝ g'
appellanti legittime a snīa idulgeat'
āmis a lege. aut ex iusta cā biennū
ad app. interpositam. qꝛ tn̄ hi t'minus
pot restringi nō solū a puocante. uum
et a iudice a cui' snīa puocatur. cū ideo
sit ɔstitutū nō ut t'mini ipe pueni
ri nō possit. sed ne ualeat prorogari.
credim' distinguendū ī quo casu litte'
impetretur. Et qdē qn̄ certus t'min'
ab appellante ul' iudice app. ꝑfigitur
ꝑsequende. si eo tacito appellatus litte
ras impetrauit. hi littere tāq tacita
ueritate subrepte. obtinē nō debent
aliquā firmitatē. Si uō nō sit aliqs
t'minus a iudice ul' ab appellante ꝑ
fixus. ꝑs appellata īfra t'minū ɔstitu
tum a lege. dū tn̄ nimiū nō ꝑcur
rat ut appellantē ī ɔmissiōē ipetran
di supplantet ɔmissiōis litteras poterit
impetrare. quaꝝ auctoritate ī app. cā
legittime pceditur. ita q si appellans
noluit ī eām appellatiōis ꝑcedere. op
ortebit eū agere sub iudice sic opte
to. n̄ possit eū legittiē recusare. Qd
si agere noluit appellat'. pot in dilo
minus ꝑseq cām ipam. maxie si sen
tiat ꝺ ex dilatiōē immine grauam. ¶ Su
perior quoqȝ iudex si uideat ex dilatiōē
piclm immine. pot ꝛ debet neutro ꝑ
sequente app. occurrē ut piclm euitet
tur. puta si a snīa lata sup ɔfirmati
one alicui' electi fuit puocatū. ꝛ utrąꝫ

pro velle suo ad annuum presentationes appellatione differre. possit utrique. immo debet superior iudex ad quem fuerit appellatum eminum providere medelam. ne gregi dominico diu desit cura pastoris. Ex hiis igitur constitutionem nostram nolentes esse responsuri, que per posteriores non derogantur prioribus legitime impetratis, per quas ad confirmandam sententiam vel infirmandam, precisa post tempore procedi. Idem.

Per tuas litteras requisiti, utrum si post latam sententiam, vel saltem post depositiones testium publicatas fuerit ad sedem apostolicam appellatum, hii qui super hoc delegantur a nobis, si alia parte citata se voluerit comparere presentare, causam sibi delegatam iudicialiter possint calculo terminare. Nos igitur consultationi tue taliter respondemus: quod cum lis fuerit super eodem negotio coram prioribus iudicibus legitime contestata, poterunt iudices delegati eo qui convenitur se per contumaciam absentante, cum esse de meritis cause liquebit, commissum sibi negotium diffinire.

Idem in concilio generali.

Ut debitus honor iudicibus deferatur, et litigatoribus consulatur super laboribus et expensis, statuimus ut siquis coram idoneo iudice convenerit adversarium, ille ante sententiam ad superiorem iudicem absque rationabili causa non provocet, sed coram illo suam iustitiam prosequatur, non obstante si dicat quod ad superiorem iudicem nuntium destinaverit, aut litteras impetraverit ab eodem, priusquam delegato fuerint assignate. Cum autem ex rationabili causa putaverit appellandum, coram eodem iudice causa probabili appellationis exposita tali, videlicet que si foret probata, deberet legitima reputari, superior de appellatione cognoscat, et si minus rationabiliter eum appellasse constiterit, illum ad inferiorem remittat, et in expensis alteri parti condempnet. Alioquin ipse procedat, salvis constitutionibus de maioribus causis ad sedem apostolicam referendis.

Idem in eodem.

Cum cessante causa cesset effectus, statuimus ut sive iudex ordinarius sive delegatus aliquid comminando vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium gravaretur, et sano usus consilio ab huiusmodi interlocutionis vel comminationis effectu destiterit, libere in cause cognitione procedet, non obstante si a tali comminatione vel interlocutione fuerit appellatum, dummodo non fuerit ex alia legitima causa suspectus, ne processus negotii frivolis occasionibus retardetur. Idem in eodem.

Cum speciali sit prohibitione provisum, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam nisi competenti commonitione premissa promulgare presumat, volentes etiam providere ne forte commonitus frustratorie recusationis vel appellationis obtentu monentis possit declinare examen, statuimus ut si allegaverit se iudicem habere suspectum, coram eodem causam iuste suspicionis assignet, et ipse cum adversario suo, vel si forte adversarium non habet, cum eo arbitros communiter eligat, aut si communiter convenire non possunt, absque malitia unum, et ille alium eligat, qui de suspicione causa cognoscant; et si nequiverint in unam concordare sententiam, advocent tertium, ut quod duo ex ipsis decreverint, robur optineat firmitatis. Sciantque se ad id fideliter exequendum ex iniuncto a nobis in virtute obedientie sub obtestatione divini iudicii districte precepto teneri. Causa vero suspicionis legitima coram ipsis infra competentem terminum non probata, sua iurisdictione iudex utatur. At ipsa probata legitime, de recusatoris assensu personam ydoneam committat negotium recusati vel ad superiorem transmittat, ut in eo ipse procedat secundum quod fuerit procedendum. Porro commonito ad appellationis obstaculum convolante, si eius excessus evidentia rei vel ipsius confessione, vel alio modo legitimo fuerit manifestus, cum appellationis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad presidium innocentie institutum, non est provocatio huiusmodi deferendum. Excessu quoque dubio existente, ne frivole appellationis diffugio appellans iudicis processum impediat, coram eodem probabilem causam appellationis exponat, talem videlicet que si foret probata deberet legitima reputari. Et tunc si habuerit adversarium, infra eminum secundum locorum distantiam et temporis qualitatem et naturam negotii ab eodem iudice temperandum, appellationem prosequatur; quam si prosequi non curaverit, extunc ipse iudex appellatione non obstante procedat. Nullo autem adversario comparente, cum iudex ex suo procedat officio, appellationis causa coram superiore probata, superior sue iurisdictionis officium exequatur. Sed si appellans in eius probatione defecerit, ad eum a quo ipsum maliciose appellasse constiterit remittatur. Ceterum has duas constitutiones premissas nolumus etiam ad regulares extendi, qui suas observantias specialiter habent. Honorius .iii. decano et cancellario lingonien.

Cum causam que inter abbatem et fratres de valle sancti Johannis ex parte una, et priorem et canonicos de novo loco ex altera, super ecclesia de elise vertitur, R. sancti angeli diacono cardinali commiserimus audiendam, et J. procurator predictorum prioris et canonicorum proposuit, quod cum coram subdelegatis iudicum delegatorum inducias ad proponendum exceptiones dilatorias petiisset, quod advocatus ipsi dictus errore fecit, quod ecclesia de novo loco ecclesiam de qua agitur quod per xl. annos et amplius pacifice possederat, licet ipse eadem die advocati errorem corrigeret ipsam responsionem, que sue petitioni contraria videbatur, ne per eam aliquod posset sibi preiudicium generare, pro eo quod ante litis contestationem fuit exceptiones dilatorie proponende coram eisdem iudicibus revocaverit. Judices tamen prefati

responsionem erroneam advocati litem contestatam credentes, partes alterius probationes receperunt, et J. quod si predicti prior et canonici legitime probaverint quod per procuratorem ipsorum eadem die advocati responsio extiterit revocata, quod sic per consequens lis contestata non fuit, vel quod delegati testes receptos a subdelegatis subdelegatorum suorum approbaverint, cum non delegatus a principe causam alii valeat delegare, quod quod ab ipsis pro parte appellatione eorum factum est, dum in hac appellatione ipsa expressa fuerit, nitimur irritum et inane. Decano, thesaurario, et p. preceptori canonico camoracen.

Dilecto filio G. cappellano nostro, E. presbitero et J. capituli salamantini procuratoribus a nobis auditore concesso, procurator capituli proposuit coram eo, quod cum decanus presbiter super receptione sua in salamantina ecclesia executorias a nobis ad archidyaconum civitatensem et collegas eius litteras impetrasset, coram eis fuit ex parte capituli allegatum, quod cum in ipsa sit ecclesia certus numerus canonicorum iuramento firmatus, de quo in litteris ad eos directis mentio non fiebat, per eas non debebat contra ipsos procedere, et ne aliud facerent fuit ad nostram audientiam appellatum. Et J. econtrario et super confessione predicti presbiteri coram auditore predicto constitit salamantinam ecclesiam habere certum canonicorum numerum iuramento firmatum, et huiusmodi exceptiones coram executoribus fuisse propositas, propter quod appellatum extitit ab eisdem. Cum tamen non constet quod propter exceptiones huiusmodi non admissas aliave legitima fuerit appellatione, quod si vobis constiterit prelatam exceptionem de certo canonicorum numero iuramento firmatam, vel alias legitimas exceptiones fuisse propositas coram ipsis executoribus, nec admissas, ac ideo partem capituli appellasse, ipsorum executorum processum denuntietis irritum et inane. Decano sancti andree archidiacono et magistro J. canonico

Remittimus.

Pruesiao militi. ac fri .G. monacho mais
terrisie oparie. G. sci adriani diac car
dinales, accessimus auditorem. tenus p
sententia cu tes maiorus no nisi ad impe
trandum et obtinendum patronum fuisse
institutum. supplicauit humiliter idem mi
les. ut si ipsos tamq contumaces perdere
deberemus. et c. Q. q. si nob constiterit dictos
abbatem et conuentum appellatione sue tem
pus presisse. cu ad prosequendam eadem
sufficientes patronos no misit. memo
rato milite ipsum prouenit prosequente.
ipsos ad restituendas expensas a tpe ap
pellationis factas eidem militi condempnetis.
Idem epo ouitin. et p. canonico tusilan.

Sua nob. R. tutor filiorum quondam .B.
ciuis tusilan. petitione monstrauit. q
cu inter ipsum ex parte una. et R. p se ac
v. tutorem quondam filij .B. ex altera. sup
quadam pecunie summa coram iudice tusilan
qo ueteret. idem diffinitiuam sententiam p eo
dem .R. promulgauit. que hijs fuit p iu
dices delegatos a se. ap. confirmata. et c.
Sed ps alia que semel et iterum appella
uerat. tercio ad nos uoce. app. emittens.
petito et ei college cognitores ipse sine a no
bis optinuit delegari. et c. Cumque .R.
sce marie in cosmedin diaco. card. sup
app. tercio ad nos emissam utrique pti a
nob datus auditor intellexit fuisse illos
no potuisse de iure tercio appellare. nos
pdco .p. et ei college dedimus in manda
tis. ut in negocio ipso nequaquam procederent atte
ptarent. **I**dem gragio .G. archid. et offi
ciali lemouicen.

Dilecti filij prior et conuentus de lacu rubeo
cisterciensis ordinis nob petitione monstrarunt. et c. Ex
pte dicorum prioris et conuentus fuit excipi
endo propositum. q cu omisso diocesano
epo fuisset ad archiepm appellatum. ad
quem gradatim fuerat appellandum. in
ea ipi procedere no debebat. Sed q offi
cialis archiepi hmi exceptione admittere

denegabat. ipi ad nram audientiam
appellarunt. et c. Quocirca .q. q. si nobis ps
hmi app. latas. in eos denuntietis penitus
no tenere. **G**regorius .ix. magro scolarum
h. et .G. de capal canonicis sci andoma
ri coruinen. dyoc.

Ex pte dne .G. de colestia nob fuit ob
lata querela. q nobilis mulier dna de
belebron sup quibusdam terris ipsam nomine fi
liorum suorum coram iudicibus auctoritate
nra trahisset in causam. eadem in iudicium ipsorum
citari fecit presentia. q cu res de quibus
in iudicio agebatur. et predicti filij ei sub
potestate ac tutela ipsius minime perma
nerent. et cu ia ad facta uocata existisset. sup
hijs et no tenebatur ipsorum nomine quorum
tutrix ee desierat respondere. Sed q dicti
iudices hac exceptione neglecta. nichi
minus ad hoc compellebant eandem. propterea se
nesse grauari. ad nram audientiam appel
lauit. Ideoque .q. q. si est ita. reuocato
in irritum quicquid post app. hmi inuenerit
attemptatum. audiatis hinc unde proposita
et c. **I**d magro et fratribus domus mozneti
Temitath. et c. preterea hospitalarius et
mantibus. et no fca eis copia de inquisitione
processit. ad nos relatione transmissa nos
curauit ee grauatos. cu iuris legitimas
sanctiones quotiens relaturum se uidere
quilibet pollicetur. illos litigatoribus apostolica
acta conciliationis exemplum edere te
neatur. **I**dem archiepo. archid. et G. ca
nonico turonen.

Significante aurilianen. epo nos nouit
tes accepisse. q cu decanus et capitulum
magduen. ipsum sup eo qd dicebant
alibi q in talis decani et capituli diocesi
canonicos canones uenire no debere. coram
iudicibus auctoritate. ap. conuenisset.
petentibus tandem decano et capitulo no
minatis. iudicis officium implorando. ut
cu idem eps pt cetationes canonicos in talis
aliis uenire fecisset. qd p eum fieri fuer

rat in statum pristinum reuocaret. p pte
ipsius fuit propositum. q cu lis pristinum non
fuisset sup eodem negocio contestata. locum
implorandi hmi no habebat. adiciens
q de consensu partium coram dictis iudici
bus ad litigandum sup ipso negocio certus
dies statutus fuisset. et quantum ad illam diem
solutum fuisset iudicium eorundem preueni
re tempus. ac audire parte aduersam in tali
imploratione sine consensu partium no debebant
Sed q sup hijs no audiebatur eundem. nram
audientiam appellauit. et licet petitiones
sine illa ante ad hmi app. misit. prese
quendam. q tn dcs procurator ut cre
ditur circumueniret. ac inhibitiones ipse
epi nullas sup hoc ad quosdam iudices
certa ratione suspectos litteras imperta
uit. dcs eps uti noluit litteris sic ob
tentis. petens no obstante lapsu anni
ad prosecutionem app. admitti. Ideoque .q.
q. si de hmi inhibitione et premissis causis ap
pellatum ul causam aliam constiterit. reuocato
in irritum. et c. **I**dem.

Interposita appellatione ex causa probabili non
sufficit appellanti probare q ex ea hmi p
uocauit. si ea no docat ee ueram. ni
si hoc se offerens probaturum. no fuisset
admissus. **E**idem quoque permittetur
si no recipiatur appellatio ei a iudice. si
aduersario approbetur. sup prosecutione
appellationis p procuratorem ad impetrandum
et conducendum constitutum litteras impetrare.
licet ps alia p se ul p procuratorem ydo
neum iudicium sup hoc apud se. ap. iure
pe sit parata. **I**ste denique q uice ap
pellationis emisit. cui no dum est alij
cognitio demandata. ad petitionem eiusdem
ad eum a quo prouocauit de iure re
mittitur. contradictione ptis alterius no obstan
te. illegitimus expensis aduersario quas
eu pp hoc fecisse constiterit condempnandus.
Sane pito aliquo plures grauami
ni pp qd diuertat appellandum. et pre

aduersa se contumaciter absentante. potest
sup hoc lite no contestata procedi. licet no
dum litis contestatio facta fuerit. in ipso appel
lationis articulo. ul negocio principali. q
cu in hoc casu iniquitas prioris iudicis
principaliter arguatur. no est rigor iuris ex
quo seq posset cause prolixitas reprehen
dus. **I**dem.

Inquisitionem tue .t. Rem. q quotiens clausu
lam p quam tollitur appellatio. remedium
in medio ponit litterarum. si sunt plura ne
gocia sese minime contingentia. p
missa tn complectitur. si forte in fine lit
terarum posita clausula teneret. **I**dem.

Una sna pluribus condempnatis. si unus
solus ad app. beneficium conuolauit. alii
uictoria in re cum ceteris suffragatur.
si cum uno uiuet. eadem negotium in
eadem causa defensionis existat. **I**dem
iustitias met quo minus appellaueris
te excusat. ad appellationis refugium
beneficium conuolasse. dum in certa tps
quo licite prouocatur a iudice coram
iudice a quo appellasse nolueris.
ul si hre ipsius copiam nequiuisti. in p
sentia bonorum uirorum contestatione sup
hoc proposita. causas appellationis deberes
exprimendas. **E**i albanen. epo.

Conquerente .j. pbro. *R. d. p protectio urbis*
tellerum. et c. Licet pbr idem res suas
et eccle sue in protectione nra no posue
rit cum ad nos accessit. tn cu hij q
accedunt ad presentiam nram cum rebus
eorum debeant ee sub aplica protectione
securi. .q. q. quicquid eidem pbro post iter
arreptum ad nos ueniendi subtrac
tum est. ul ablatum sine restitui faciatis.
Ilevanten. ul. exonien. epo. *R. Deufir*
iqs rei litigiose *matone ualidi ammiti*
confirmationem impetrauit ab ap. se. no
minus iudex pot de ea cognoscere.
et eam sine debito terminare. sz si no re
tine pacifice possidebit. cu inde conte

manibus operuit nos et licitum iudici de
cetero postea eiusdem decreverit. aut eam diffi
nire absque apostolice sedis mandato. Idem.
De confirmationibus autem Romanorum pontificum volumus te
tenere. quod contra illas nisi novum apostolice sedis
mandatum. aut certum sit quod sint per falsi
suggestionem elicite nos et aliquem iudi
candum. Celestinus iii.

Bone memorie A. canonicus vir proposuit se
tentiam a delegatis iudicibus prolatam fuisse.
et .ij. dicit quod ille contra quem sententia lata fu
erat ab illa sententia appellavit. Iudices tamen
inhibitionis sententiam executori mandaverunt.
Ceterum appellans venire ad apostolicam sedem accep
to litteris de retractando sententiam impetra
vit. Addicit autem ipsum contra sententiam (?)
confirmationis promulgare (?) sine rescrip
tum fuerat adeptus. in quo nulla de facta
appellationis mentio habebatur. Itaque requisita
que contra litteris prejudicium erat. Respondemus
quod posteriores debent prioribus prejudicia
um generare. Unde si dicatur nulla lit
teras veritati et iustitie prejudicantibus.
vel sub alia forma ubi dum tamen nul
di fierent de litteris confirmationis ex predic
tis (?) quod prime iam data sunt debeat habe
re vigorem. donec de sequela sententia plenam
cognitionem habeat. Innocentius iij. de
cano Patherburgensi.

Cum dilecte in Christo filie abbatissa et soro
res ecclesie de Gandersheim sua cuperent pri
vilegia innovari. pro vitandi discrimina.
ni episcopis et abbatibus (?) ut inspice
rent diligenter. et tenorem ipsorum fideliter
transcribentes sub sigillis suis nobis re
mitterent diximus iniungendum. et cum illos
autem tam legato qui sub sigillo proprio ea
nostro fecit conspectui presentari. quod inspe
toribus ipsis fidem debitam adhibentes.
licet non videremus quare non deberent
eadem privilegia innovari. quia tamen ex ma
ioris ecclesie et j. sed certis canonicis propositum
erat. Videlicet quod eodem in possessione sub

iectionis ipsius monasterii per centum annos et am
plius extitisse privilegia ipsa tunc non du
ximus innovanda. Unde iudicibus dedimus
in mandatis. ut ad locum ydoneum acce
dentes. citantes qui fuerint evocandi. et
quererent super hiis diligentius veritatem
a quibus per Hildesemensem ecclesie ad sedem apostolicam
appellavit. Nuper autem iterato predicta pe
tivit abbatissa. quod deberemus privilegia
sue ecclesie renovare. Ex adverso vero fu
it postulatum. ut eam ipsam dissensiones
tus vires committere dignaremur. qui
testes recipere quos contra privilegia mona
sterii ad probandum prescriptionem legiti
mam induceret. prosequentes. et attenden
tes quod iure sit civili statutum. ut quis
presenti testium formidaret. ne veritas
occultetur. in perpetuandi copia fortuitis
casibus subtrahatur. et licet non contestata
testes valitudinarii. et alij de quibus ex
aliqua verisimile est timetur. ad testimo
nium admittantur. eiusdem equitatis similitu
dine provocati. predicta privilegia quia iam
nimia vetustate consumpta. cum fuerint
non in pergameno sed in papiro conscripta.
duximus innovanda. nolentes quod ex in
novatione hic novum ius monasterio acqui
ratur. sed antiquum si quod habet per innovationem
privilegii conservetur. et a nobis prestatum mo
nasterium ad ius et proprietatem apostolice sedis per
privilegium predecessoris nostri pertinere
monstratur. ne ius ecclesie Ro. remaneat
indefensum. eidem abbatisse precatam
eis ipsi duximus statuendam. ut cum ad
versus ecclesiam Ro. possessio et vita non
nisi centenaria currat prescriptio. ipsa
super hoc et alijs vice nostra perveniret quia
coram te fuerint iudicio prosequenda. Vo
lentes igitur quod de statu eiusdem monasterii du
bitari dubitetur. Mandamus quatenus locum tutum et comod
eligens recipies testes quos ad probandum
prescriptionem Hildesemensis ecclesie vel ad inter

ruptionem ostendendam cenobium duxerit
producendos. et si legitimam prescriptionem
probaverit vel intenderit. vel probata fuerit in
terruptio ex adverso. subiectionem ipsius mona
sterii adiudices episcopo memorato. cum alter
ipsum in sua diocese constitutum. privilegia que ipsi
monasterio innovari fecimus convincentes.
Alioquin eidem super hoc perpetuum imponens
silentium. monasterium prenuncies perpetua li
bertate gaudere. Idem episcopo et preposito vite
duren (?) Iustam audientiam preposito nemausensi et
clericis significantibus proveniret. quod quidam canonici
nemausenses. circa a nobis litteras confirmati
onis super administrationibus suis obtinere labo
rant. religionis sue conditione suppressa. Cum
igitur regularibus personis non consueverit apostolica
sedes aliquas sine prelatis confirmare. Mandamus quatenus con
firmationes quas ab ipsis canonicas esse re
gulares exprimeret veritatis talis impetra
tas. denunciantis veritatis et tacent. Idem.

Porrecta nobis ex parte tua petitio conti
nebat. quod plures ex religiosis qui prioratibus
vel alijs administrationibus presunt a nobis super
ipsis quoad vixerint possidendis confirma
tionis litteras se asserunt impetrasse. et cum eos
de cancellaria nostra non credimus has litteras
emanasse. Mandamus quatenus illos qui tales litteras exhi
buerint in quibus prioratus vel administratio
nes eisdem religiosis confirmantur eisdem. pu
nias tamquam falsarios (?) auctores. Et cum non
eis non sit interpretatio religiosis ipsorum. illas ta
quam tacita veritate subreptas denuncies
non valere. Idem nobili viro comiti de Vienna.

Examinata causa que vertitur inter te et milites
campanos super terra sancti angeli prependimus
arbitrium quod vicecomes Sabinensis dicebatur
tur super eodem negotio promulgasse. contra
formam iuris et compromissi fuisse dictatum.
Unde non obstante confirmatione. Clementis pape pre
decessoris nostri. quod confirmaverat illud sic prout de la
tum fuerat et ab utraque parte receptum. de
cernimus ipsum irritum et inane. Honorius
iij. illustri regi baronibus. militibus
et alijs hominibus Cypri.

Venerabilis frater noster archiepiscopus Tolosanus et suffra
ganei eius transmissa nobis petitione monstra
runt. quod inter ipsos et vos super quibusdam decimis
mediante Albanensi episcopo tunc legato amica
bilis compositio intervenit expresse. adiecto quod
quicumque eam ante apostolicam confirmationem contingeret
stare deberet executionem mandari. Unde licet
sit per nos confirmata. et ad maiorem rei evi
dentiam litteris confirmationis tenor compositio
nis insertus. ipsam tamen renuistis observare.
occasionem frivolam pretendentes. videlicet ex eo
quod in litteris vobis confirmationis verbum certe
dicitur. cum quia clausula consueta salvis
sit sua firmitate. prout dicta est. in eisdem lit
teris continetur. Mandamus quatenus si premissis veritas
suffragatur. compositionem eandem adimplere cure
tis. Idem universis abbatibus. et prelatis. ac con
ventibus et clericis constantinopolitane diocesis. constitutis.

Sua nobis patriarcha constantinopolitanus. conquestione
monstravit. quod cum quidam vestrum sumpserit oc
casionem ex eo quod j. presbiter cardinalis tunc legatus quibus
dam alijs ecclesijs et clericis in spiritualibus et tem
poralibus concessit. monasteria eorumdem ipsi pa
triarche obedire recusant. et ei de iuri
bus patriarchalibus respondere. in sue presum
ptionis adiutorium inducentes confirmatio
nis collationum super hijs a sede apostolica impetra
tas. Cum igitur nolumus iura que diocesa
nis debentur per collationes seu confirmationes
predictas imminui sive ledi. Mandamus quatenus occasione
huiusmodi non obstante. ipsi reverentiam et obedientiam
exhibere curetis. eique de iustitijs suis in
tegre respondere.

Incipit liber iij de vita et ho
nestate clericorum.

Ut laici secus altare quando sacra misteria ce
lebrantur. stare vel sedere inter clericos non pre
sumant. sed pars illa que cancellis ab alta
re dividitur. tantum psallentibus pateat

clericis. Ad orandum vero et communicandum laycis et feminis, sicut mos est, pateat sancta sedes.
Ex concilio Pictavensi.
Clerici arma portantes et usurarii excommunicentur. Ex concilio Matiscon.
Ut siquis presbyter qui plebem regit clericum habeat qui secum cantet et epistolam et lectionem legat, et qui possit scolas tenere, et admoneat suos parrochianos ut filios suos ad fidem discendam mittant ad ecclesiam, quos ipse cum omni castitate erudiat. Gregorius.
Si quis ex clericis comam relaxaverit, anathema sit. Ex concilio Cartaginensi.
Clericus neque comam nutriat neque barbam. Ex concilio Triburiensi.
Clericus si tonsura dimissa uxorem acceperit, quidem sit sine gradu. Si in ministerio apparentibus tenditur(?), uxorem permittatur habere et tamen tondeatur, nec tamen suam uxorem dimittere audeat. Alex. iii. Cant. archiepiscopo.
Clericis. Et infra. Clerici qui comam nutriunt etiam inviti a suis archidiaconis tondeantur.
Idem in concilio Lateranensi.
Monasteria sanctimonialium si quisquam clericus sine manifesta et rationabili causa frequentare presumpserit, per episcopum arceatur, et si non destiterit, ab officio ecclesiastico reddatur immunis. Si laycus ex consuetudine subditur(?), a cetu fidelium sit ante penitus alienus. Gregorius viii.
Quoniam ut scriptura [...] Statuimus ut [...] clericalibus ecclesie vestre atque presbiteris expensis diligenter inspectis, certum in eis valeatis ponere numerum clericorum, et statuere ut boni conversantes in ecclesia in una domo vescantur atque sub uno tecto dormiant et quiescant. Siqui vero contradictores extiterint, liceat vobis eos per suspensionem officii et beneficii aut si iuveniri(?) alia pena si opus fuerit ad hanc observationem eos appellatione compellere non obstante. Indulgentes et ut si quisquam eorum qui simul vivunt per manus in ecclesie tunc(?) a canone meruerit sit alienus, remedium(?) et penitentiam imponendi potestatem plenariam habeatis. Innoc. iii.

Cum ab omni specie mala precipiat apostolus abstinere. Et infra. Sane ad audientiam apostolatus nostri pervenit quod cum ex delegatione nostra causas susceperitis pertractandas, more secularium super decimalitatis vel pro alia per diversas terras consuetudines fecerit(?) expensas victualium cum litigantibus receptis pignoribus pro salariis venientes(?), non attendentes quod ad hoc vobis et aliis clericis sunt ecclesiastica reddita deputata, ut ex ipsis honeste vivere debeatis. Et infra. Ideoque mandamus quatenus ab huiusmodi exactionibus de cetero abstinentes, vigores iudiciarium gratis studeatis litigantibus impertiri, non obstante quod in Francia(?) a quibusdam presumitur qui exigatur nomine assessorum, cum nec iustum iudicium vendere liceat, et venales sententie ipsis a secularibus legibus reprobentur.
Idem Lucionensi episcopo et eius qui cum ipso sunt fratribus.
Quod ecclesiam suam nova semper prole fecundat. Et infra. Ille quidem dispar in nobis observantia fuit et dissimilis habitus apud eos quibus unum evangelium predicatis scandalum suscitet. Mandamus quatenus eo non obstante quod vestri monachi sunt et canonici regulares, vel et regularem vitam sub alia districtione professi, quod pertinet in unum regulare propositum et honestum habitum quantum ad hoc spectet officium conformetis. Idem.
Cum decorem domus dei. Et infra. Interdum ludi fiunt in ecclesiis theatrales, et non solum ad ludibriorum spectacula introducuntur in eas monstra larvarum, verum etiam in aliquibus festivitatibus diaconi, presbiteri ac subdiaconi insanie sue ludibria exercere presumunt. Et infra. Fraternitati vestre mandamus quatenus ne per huiusmodi turpitudinem ecclesie inquinetur honestas, prelibatam consuetudinem vel potius corruptelam curetis a vestris ecclesiis extirpare. Idem in generali.
Ut clericorum mores et actus in melius reformentur, continenter et caste vivere studeant universi, presertim in sacris ordinibus constituti, ab omni libidinis vitio precaventes, maxime illo propter quod venit ira dei in filios diffidentie,

quatinus in conspectu dei omnipotentis puro corde ac mundo corpore valeant ministrare. Ne vero facilitas venie incentivum tribuat delinquendi, statuimus ut qui deprehensi fuerint incontinentie vitio laborare, prout magis aut minus peccaverint, puniantur secundum canonicas sanctiones, quas efficacius et districtius precipimus observari, ut quos divinus timor a malo non revocat, temporalis saltem pena cohibeat a peccato. Siquis igitur hac de causa suspensus presumpserit celebrare divina, non solum ecclesiasticis beneficiis spolietur, verum etiam pro duplici culpa perpetuo deponatur. Prelati vero qui tales presumpserint in suis iniquitatibus sustinere, maxime obtentu pecunie vel alterius commodi temporalis, pari subiaceant ultioni. Qui autem secundum regionis sue morem non abdicarunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint gravius puniantur, cum legitimo matrimonio possint uti. Idem in eodem.
A crapula et ebrietate omnes clerici diligenter abstineant. Unde vinum sibi temperent et se vino, nec ad bibendum quispiam incitetur, cum ebrietas et mentis inducat exilium et libidinis provocet incentivum. Unde illum abusum penitus decernimus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus equales suo modo se obligant potatores, et ille iudicio talium plus laudatur qui plures inebriat et calices fecundiores exhaurit. Siquis autem super hiis se culpabilem exhibuerit, nisi a superiore commonitus satisfecerit, ab officio vel beneficio suspendatur. Idem in eodem.
Clerici officia vel commercia secularia non exerceant, maxime inhonesta, mimis, ioculatoribus et histrionibus non intendant, et tabernas prorsus evitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas et taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. Coronam et tonsuram habeant congruentem, et se in officiis ecclesiasticis et aliis bonis studiis exerceant diligenter. Clausa deferant desuper indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda,

pannis rubeis aut viridibus, necnon et manicis consuticiis, aut sotularibus rostratis, frenis, sellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non utantur. Cappas manicatas ad divinum officium intra ecclesiam non gerant, sed nec alibi qui sunt in sacerdotio et personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes, sed nec anulos nisi quibus competit ex officio dignitatis. Pontifices autem in publico et in ecclesia superindumentis lineis omnes utantur, nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. Pallis diffibulatis non utantur in publico, sed vel post collum vel ante pectus hinc inde connexis.
Honor. iii. Abrincen. episcopo.
Ex litteris prudentie tue intelleximus quod quidam clerici sue potius secularibus negotiationibus quam officiis divinis intendunt, et gaudere volentes privilegio clericali, nituntur statutis patrie quibus quotiens expedit se laycis se tuentur in negotiationum suarum contractibus subiacere. Et infra. Si tales tertio a te moniti ab hiis non resipuerint, sed pretermissis divinis officiis negotiationibus institerint supradictis, cum sic privilegium abiciant clericale, tu quomodo dum hiis se implicant de suis facultatibus statutis et consuetudinibus patrie pariter subiaceant, non defendas eosdem.
De cohabitatione clericorum et mulierum.
Ex concilio Maguntino.
Inhibendum est ut nullus sacerdos feminas de quibus suspitio potest esse retineat, sed neque illas quas canones concedunt, matrem, amitam et sororem, quia instigante dyabolo in illis scelus perpetratum reperitur, aut etiam impedisse eas eaudem. Sed siqua de hiis necessitate huius presbiteri habeant in villa aut in vico domum longe a sua consistente, et ibi eis que sint necessaria subministret. Prohibendum quoque est ut nulla femina ad altare presumat accedere, aut presbitero ministrare, aut infra cancellos stare sive sedere.

Ex decreto Eugenii pp.

Si quis sacerdotum . i. pbr. dyacon. subdyaconus de quacumque femina crimine fornicationis suspectus pe pma . secdam . et tertiam monitionem inveniatur confabulari . et aliquo modo conversari cum ea . excommunicationi subdatur . femina vero canonice iudicetur.

Alex. iii. Salernitano archiepo.

Clericos in sacris ordinibus constitutos qui publice detinent concubinas . ad eas abiurandas volumus a tua fraternitate compelli . ne in eandem fornicationem instinctu fraudis dyabolice redeuntes . priorum reatum reiterant . Unde ipsos per suspensionem et interdicti sententiam debes arcius cogere . ut mulieres ipsas a se ita removeant . quod de illis sinistra suspicio non possit haberi . et sic eos ad ipsas redire . vel alias accipere forte presumpserint . et aliques eorum debes excommunicationis perpetuam sententiam excommunicationis proferre . ut alii eorum exemplo a similibus arceantur . Idem Cantuarien. archiepo . et eius suffraganeis.

Sicut ad extirpanda . et infra . Si vero clericos vestre iurisdictionis qui in subdiaconatu et supra fornicarias habuerint . studiose monere curetis . ut a se illas removeant . eas ulterius minime admissuri . Si autem acquiescere contempserint . eos ab ecclesiasticis beneficiis usque ad satisfactionem congruam suspendatis . et si eas suspensi presumpserint retinere . et ipsos ab eisdem beneficiis perpetuo removere curetis.

Idem Eboracen. archiepo.

Super eo vero quod asseris a . presbiterum fornicariam detinere . et propter hoc ab officio suo suspensum . et infra . porro si litteras a nobis optinuerit que facti seriem non contineant . nolumus quod illas proferat. Idem Lundonen. epo.

Si autem clerici tue iurisdictionis sive in sacris ordinibus sive inferioribus constituti fornicarias detinent . nisi eas ad sententiam vel tertiam commonitionem a se dimiserint . easdem decreto contemptum . liceat tibi eos ecclesiis vel comparationibus . app. postposita spoliare . officio ipsis

Innoc. iii.

Vestri dux devoto imperdit . et infra . Ita ubi dicit nullus audiat missam sacerdotis quem scit concubinam indubitanter habere . alibi vero legitur non posse aliquos quantumcumque pollutus divina polluere sacramenta que purgatoria cunctarum contagionum existunt . qualiscumque sacerdos sit que sancta sunt coinquinari non possunt . Sumitur et ab omni sacerdote misteria . quia omnia in christi fide purgantur . Decernimus aliud est crimen notorium . aliud occultum . Notorium distinguimus de quo presbiter canonice condempnatur . occultum . quod ab ecclesia tollerantur . Item aliud est quod crimen notorium non dissimuletur public. vel de ipso est canonice condempnatur . Aliud est pene occultum quod ab ecclesia tolleratur . Item aliud est a celebritate officiis abstinet . ut peccandi licentia ceteris auferatur . et ipsi ad penitentie fructum trahantur . atque aliud si talium in fornicatore sacerdotum misteria respuatur . Sine dubitatione itaque teneatis . quod a clericis et plebis fornicariis quamdiu tollerantur nec habere opus evidentiam licite divina misteria audiantur . et alia recipiat ecclesiastica sacramenta.

Innoc. iii. Cremonen. epo.

Tua nos duxit fraternitas consulendos si de clericis publice concubinas habentibus quod quasi a re in venirunt se esse concubinarios diffitentur . nec apparet contra eos legitimus accusator . credendum sit testimonio bonorum virorum . inter quos vivunt dignoscitur . Nos quod consultationi rescribimus quod si crimen eorum ita publicum est ut merito debeat appellari notorium . in eo casu nec testis nec accusator est necessarius . cum huiusmodi crimen nulla possit tergiversatione celari . Si non publicum est non ex evidentia sit ex fama . in eo casu ad condempnationem eorum sola testimonia non sufficiunt . cum non sit testimoniis sed testibus iudicandum . Sed si de clericis illis talis habeatur suspicio ut ex ea scandalum generetur in populo . licet contra ipsos non apparuerit accusator . eis tamen est canonica

purgatio indicenda . quam si prestare noluerint vel defecerint in prestanda . eos canonica debebis animadversione punire.

Idem Pistorien. epo.

Ad nostram tua fraternitas requisivit . et infra . Cum clericos quoque non permittas mulierculas habitare . nisi forte de illis personis existant in quibus naturale fedus nichil permittit seu criminis suspicari. Gregorius . xx.

Investigandum est de clericis in fornicatione prolapsis si eorum sit officium prius quam penituerint audiendum . Unde et si quemlibet pro mortali peccato quo ad se ipsum constet esse suspensum . non debet tamen in officiis evitari . quia quantum ad alios in tali casu positos suspensus non est . nisi peccatum eius sit notorium per sententiam seu confessionem factam in iure aut evidentiam rei que tergiversatione aliqua celari non possit.

Ut de clericis coniugatis. Alex. iii. tit.

Siqui clericorum infra subdyaconatum acceperint uxores . ipsos ad relinquenda beneficia ecclesiastica . et retinendas uxores districte eos compellatis . Sed si in subdiaconatu et aliis superioribus ordinibus uxores accepisse noscuntur . eos uxores dimittere et penitentiam agere de commisso per suspensionis et excommunicationis sententiam compellere procuretis. Idem Herforden. epo.

Sane et infra . Prudentie attentius ne decipies clericos coniugatos ad ecclesiastica beneficia . vel sacros ordines . aut administrationes ecclesiasticas admittatur . nisi forte castitatem vovent perpetuam . qui virginem et unicam habuisset uxorem. Idem Verulan. epo.

Quod a te et infra . Unde clerici infra subdyaconatus ordinem constituti qui continentiam servare non valentes uxores acceperint . ecclesiasticis beneficiis canonice debere spoliari . id volumus te tenere . quod cum simul contemplationi et carnali libidini deservire nequeant . et ecclesiasticas obsequiis vacare non valeant ob immunditiam suam ecclesiasticas in agitacionibus indigni fecundis ecclesiasticis

procul dubio beneficiis . Sane si coniuges quibus articulati fuerant de possessionibus aut aliis bonis aliqua contulisse nosceretur eis ab eadem ecclesiarum ministerio fulgent et beneficia sequestrata . ad ipsos recta via debent absque contradictione redire. Idem.

Quod a te . et infra . Unde clerici infra subdiaconatus ordinem constituti

Sane sacerdotes qui nuptias contrahunt . que non nuptie sed contubernia sunt potius nuncupanda . post longam penitentiam et vitam laudabilem continentes officio suo restitui poterunt . et ex indulgentia sui episcopi eius executionem habere. Innoc. iii. Florentin. epo.

Iniuris fallacie . et infra . Accepimus autem quod quidam clerici tue diocesis qui matrimonium contraxerunt . ecclesiastica beneficia detinere contendunt in quorum gulosa cythara cum psalterio male concordat . Cum enim qui uxor cogitet quomodo placere possit uxori . et ideo que dei sunt minus valeat cogitare . cum qui divisus in duo plenam sui non habeat potestatem . ut ecclesia cui stipendium recipit plenius famuletur. Mandamus quatenus clericos beneficiis ecclesiasticis que in tua diocesi sunt adepti . privatos apostolica auctoritate per sententiam cum rerum ecclesiasticarum subtractione de cetero per tales . nisi forte iam talibus sciens contulerit ecclesiastica beneficia . quibus eos non per te sed per superiorem decernimus spoliandos. Idem Acherontino archiepo.

Cum olim ad nostram audientiam pervenisset quod canonici Anglonen. cantore Acheronen. eligerunt in pastorem . et infra . Licet tibi de forma electionis canonice ac ydoneitate persone in aliis constitisset . movit te tamen quod cum pater eius grecus fuerit . et iuxta ritum grecorum uxorem duxerit in minoribus ordinibus constitutus . cantorem ipsum ex uxore legitima in sacerdotio suscepisset . illos quoque attendentes quod orientalis ecclesie votum continentie non admisit . quod orientales in minoribus ordinibus constituti . et in superioribus utuntur matrimonio iam contracto . mandamus quatenus nisi pro eo quod inter lati

nor greci hi qui sancte regionis consuetudine
pugnet. si aliud non obsistat. ad confirmati
onem et conservationem eiusdem. sine dubitatione
procedas. Idem epo pictavien.
Iohes nobis conquerendo monstravit. quod cum
cum quadam iamdudum uxorem duxit legitimam pro
eo quod prius in acolitum fuerat ordinatus compelle
ris ut tonsuram deferat clericalem. et quia
inter ipsum et uxorem suam posset scandalum ge
nerari. cum de consuetudine terre tue dici
uxoratis non cogantur invita portare tonsuram.
cum igitur idem in tonsoratus privilegio non pot
clericali gaudere. precipimus quatenus ipsum super tonsura
tione tu non molestes. dum tamen nullum perpe
at beneficium ecclesiasticum cui de iure tenetur
clericale deferre tonsuram. quia cum oporteat
eum secularibus negotiis immisceri. tonsura
ipsius secularia exercentis videretur perfecta in
ad illa redeundum est. quod cum tabellio in eius
presentia illorum conficit uel in persona. dummodo non mu
tet sua uoluntas. nichil in esse uidetur. In
super quibus aliquid esse memoratum est. dicta
fuisset. pro quo ad hec se opportet inductum
eo tamen tempore quo talia sunt fieret. preterea si
placet. ac uoluntate pro amore dei et reme
dio anime sue salutem ad uotum. et ad alia
suppeditat noscitur pertinere. Propter quod a conuersione
claustri minime debet discedere. Nichilominus mutata
re. cum se illius creditus esse appareat. ut sint sus
pitione incontinentie prouideat et seculo re
manere. Nos itaque fratri N. consilio te ab
experientie dei. c. finali duximus absoluendum.
preterea ille super hoc silentium imponitur. I. d.

Mulier que fidem suscepit postea nolente uiro
quod ab infidelitate recitetur. Propter quia fuerit
ab eo iudicio esse separata. ad religionem li
bere conuolare. De conuersione infidelium.

Clemens. III. Laudabilem et infra. Interrogasti de sarracenis qui
dum in captiuitate essent. quasdam christianarum
uxores earundem in die et machinationibus oc
ciderunt. utrum qui postea per ipsas ad fidem
christianam conuersi sunt eas de iure possint accipe
re in uxores. uel si duxerint coniugium remane
re eandem. hec tribuuntur. quod regula generaliter
asserentes quod si in morte ipsorum maliciose
fuerint machinate. licet ad studio ad fi
dem accesserint. non eis adherere debent. nec
sunt si adheserint et tollerandi. cum tale con
iugium tali uicio esse operare non ualeret.
Ad hec sarraceni sunt quidam in bello christianos
interfecisse notantur. et christiani sunt sarracenos.

postea uero sarraceni ad fidem conuersi. uxores
eorum quos in belli certamine occiderunt
sibi matrimoniali copulatione. et id ipsum christi
ani de sarracenis mulieribus quibus ad
fidem fecisse noscuntur. que postquam de pos
modo conuenerunt uiciatam. prouinciali ista
ter expostulat. In hiis igitur respondeo. quod cum ta
les non perpetrauerint uirorum dicitur de
functorum. minime. inter hi presentes licite possunt
esse. et tali copulati diuortium nequiunt
postulare. Gregorius. IX. argentino episcopo.

Ex litteris tuis accepimus. quod quidam de iuday
ce ciuitatis tue ad christum uerum lu
men adductus. uxore sua in iudaysmo
relicta. in iudicio postulauit instanter ut
eorum filius conuertus assignaretur eidem ad
fidem catholica quam ipse susceperat profi
tendum. ad quod illa respondit. quod cum puer
adhuc in etatis existat. propter quod magis ma
tris indiget solacio quam paterno. sequitur ante
partum onerosius. dolorosius in partu.
ac post partum laboriosius fuisse noscatur.
ac ex hoc legittima auctoritate maris in fe
mine magis matrimonium quam patrimo
nium nuncupatur. dictus puer aput eam
debet conuenienter remanere. et infra. Cum autem
filius in patris potestate consistat cuius sequitur
familiam et non matris. et etate tali
quod non debeat remanere apud illas propter
nas de quibus possit esse suspecta. quod saluti
uel uite non esset inde. Ille et puerum post matri
nium apud patrem non suspectum ali debe
at et morari. maxime puerum si cum remanserit
non contigerit apud ipsam. posset ipsum ad
ducere ad infidelitatis errorem. in fauorem
maxime christiane fidei. respondeo. patri eidem debe
ri filium assignari. De uoto et uoti
redemptione.

Alexander. III. exonien. episcopo.

De peregrinatione uestra an elemosinis pos
sint redemi. uel pro necessitate in aliud com
mutari. respondeo. quod ab eo qui presidet pendet ar
bitrio. ut si consideret diligenter qualitate personarum
et causam commutationis. s. an ex infirmitate

seu abstinentia diuitiarum. aut alia causa pro
babili peregrinatio. aut redemptatio me
lior fuerit. et deo magis accepta. et secundum hec
debet circa dispensare. Idem norwicensi episcopo.

Uenientes ad nos. R. nuntius accepimus.
quod in puerili etate potius ierusalem dum
posuit proficisci. audiuimus quoque quod sepul
chrum dominicum promiserat uisitare. fidem
dedit. et sua recepit ab eo. quod sibi in uia
fideles persequi existerent. et infra. Nos autem ipsum a
uoto quod in etate tenera facilitate potius
quam ex arbitrio discretionis promisit absol
uimus. ita tamen quod de uoto elemosinis re
dimat. et iuxta consilium tuum toto uite sue
tempore uni pauperi quamdiu in adhuc fuerit
tes sufficienter debeat prouidere. Idem ma
gistro. A. de nardeforde.

Litterarum tua. et infra. Cum ex quadam infirmi
tate nimio fuisset mortis pauore per
territus. hec illa prouisum. nec diu hic mo
raturus. proponens et animo quod religionis habitum
esse aliquid susceptiurus. et infra. Tibi respondemus.
quod sed plus non est in uoto processum. transgressore
iudicari non poterit si non impleuit quod de
uouit. Idem.

Scripturae. et infra. Reus uoti aliquatenus non
habetur. quod temporale obsequium et in perpetuum non
sorte religionis obseruantia commutare. In
nocentius. III. strigonien. archiepiscopo.

Non est uoti dicendus transgressor. qui quod uolu
it. aut se ad portum distulit adimplere. Sane
significauit nobis rex ungarie. quod cum in regni
turbatione consilium et auxilium tuum sibi sese
rit actenus profuisse. ualitati eius non modo
dicunt derogantes si ierusalem sic ex uo
to teneris uiagio proficiscaris in pacato. et infra.
Sedeque. et cetera. quod non prius iter arripias ierusalem
adeundi. quod regnum ipsum fuerit tranquillitati
pristine restitutum. uel super hoc receperis
ab apostolica sede mandatum. Idem andree duci.

Licet uniuersis liberum sit arbitrium in uo
uendo. usque adeo tamen solutio necessaria est.
ut per uotum sint salutis proprie dispendio

alicui non liceat resilire. Accepimus itaque
quod dum rex ungarie pater tuus agens in ex
tremis. uotum quod uouerat domino ierosolimi
tanum prouinciam in forti manu. corde humili
uisitare. sub terminatione maledictionis
paterne commisit tue fidei exequendum. et tu
assumpto crucis signaculo te adimpleturum sine di
latione aliqua promisisti. et infra. Quod quamquam prospicias ce
teris solicitudinibus usque ad festum exaltatio
nis sancte crucis debitum accepte crucis absolutus
propositum iter arripias et humiliter prosequaris.
ne si onus tibi a patre iniunctum et a te sponte
susceptum occasione qualibet distuleris patris
te reddas successione indignum. et hereditatis
emolumentis priueris. cui recusatus honera
supportare. sciturus excommunicationis anathematis te uin
culo subiacere. et iure quod tibi si deus rex sine pro
le decesserit in regno ungarie competebat or
dine geniture priuandum. et regnum ipsum ad
minorem fratrem tuum apostolica prouisione deuoluendum.
Idem trecen. episcopo.

Magne deuotionis. et infra. Cum tracensem ecclesiam ad liber
tatem ecclesiasticam gratularemur. non probabilem quod per cam
panie comitem in ultramarinis partibus constitu
tum eidem esse possis credens possit esse facili
subuenire ad ipsum proposuisti accedere. ac in
signum peregrinationis et deuotionis tue ori
entalis crucis domini assumpsisti. et infra. Quamuis
uis audita morte ipsius intentione tua as
pirans est frustrata. noluisti tamen sine consilio
apostolice sedis ad propria remeare. sed ingressus ur
bem intentionis tue propositum ac statum trecensis
ecclesie nobis humiliter exposuisti. et infra. Nos quidem curia
papue duximus in hac negotio attendendam quod
liceat secundum equitatem. quod deceat secundum honesta
tem. et quid expediat secundum utilitatem. Sane non
uidebatur quod nostre liceat ut uictores. cum uox
clamaret prophetica. Uenite et reddite domino
deo uestro. ut primum ad consilium secundum ad impe
rium referentur. Set nec decens uidebatur
cum sit scriptum in euangelio. Nemo mittens
manum ad aratrum aspiciens retro aptus est
regno dei. preterea non uidebatur expedire

cum de absolutione tua scandalum posset laicorum mentibus generari. Dicebatur enim quod de clericorum exemplo crederent se ad voti observantiam non teneri. Quod enim agitur a praelatis facile trahitur a subditis in exemplum. Iuxta quod Dominus inquit ad Moysen in Levitico: Si sacerdos qui est unctus peccaverit, faciet delinquere populum. Verum aetas in te senectutis defectus atque circumstantiae quibus iuxta labores et dolores suos tolerare posses in contrarium allegabantur, et ecclesia tua suspensa cum videretur pastoralis sollicitudinis et legatus sine cuius assensu forsitan votum peregrinationis emittere non debueras. Item ipsum est votum quod ex sui forma simplex et honestum erat ex parte voventis minus licitum videbatur. Cum enim iuxta canonica instituta clericus absque sui episcopi licentia peregrinari non debeat, et episcopus non minus immo potius sedi apostolicae sit astrictus, videri merito poterat quod absque generali vel speciali licentia votum peregrinationis quo te tam diu absentares emittere non deberes. Item. Cum igitur in lege veteri in qua non minus praeceptum domini obligabat quam votum hodie obliget, interdum primogenita quae domino mandabantur offerri quandoque domino redderentur, ut primogenita Levitarum, quandoque redimerentur, ut aliarum tribuum, quaedam commutabantur in aliud, sicut primogenitum asini quod ove commutabatur, ex hoc attendentes quod votum commutari possit in opus aliud pietatis, non curantes quod os loquentium iniqua loquatur, dum tamen non recedamus a tramite veritatis, de illius auctoritate securi qui cum audisset a discipulis: Nonne scis quod Pharisaei audito hoc verbo scandalizati sunt? respondit: Sinite illos, caeci enim sunt et duces caecorum, et pro te et familia tua licentiam concedimus votum peregrinationis taliter commutare: expensas quas facturus eras eundo, morando et redeundo facturus, alicui religioso committas, in necessarios usus terrae illius sine diminutione qualibet differendas. Item labore et laboribus tempestates sollicitatus instando vigiliis, devotionis orationibus et ieiuniis fortius te exerceas. Ad hanc indulgentiam tibi faciendam specialiter nos induxit quod cum liberalitate tua decens esset per dictum comitem assignandam pro papiae votum peregrinationis emiseris, eo sublato de medio, quod cessante causa facile cessare potuit et effectus.

Idem Cantuariensi archiepiscopo.

Quod super his. Item. Quaesivisti de his qui pro succursu terrae sanctae signo crucis assumpto propter infirmitatem vel paupertatem vel aliam iustam causam votum non possunt utiliter adimplere, cum sit distinctione receptis in mandatis, ut eos qui signum crucis assumptum abiecerint ad resumptionem ipsius et executionem voti compellas. Nos igitur taliter respondemus quod debiles et inopes magis illuc defectum quam ad profectum accedunt, cum isti pugnare non possint et illi mendicare cogantur, nisi forte sint nobiles et magnates qui suis secum expensis bellatores adducant, vel artifices et agricolae qui de laboribus suis possint acquirere necessaria et terrae sanctae subsidium ministrare, quibus non nihil aliud propter brevitatem possessionum et paucitatem christianorum ibi fuit opportunum. Unde credimus distinguendum inter illos qui temporalem et eos qui perpetuam impedimenti causam videntur habere, quod primis est indulgenda dilatio, his autem redemptio indulgenda, ac rerum facultatibus pensatis quas possident aut quas facturi erant expensas profecti, pretium competens pro labore in subsidium terrae sanctae transmittant, exequendum per alios quod per se nequeunt adimplere. ¶ Rursus inter alios qui pro defensione terrae sanctae votum peregrinationis emittunt et eos quibus pro satisfactione suorum criminum iter peregrinationis iniungitur credimus distinguendum, quia circa primos plus terrae sanctae succursus, et circa secundos plus labor itineris secundum intentionem voventis vel poenitentis debet attendi. Unde si quis hoc modo voverit et invalidus ad pugnandum quamvis habilis ad eundum, melius est redimere votum quam expensas consumere. Quod et de poenitente qui propter debilitatem non potest iter iniunctae peregrinationis implere, sane valet intelligi, non autem de illo qui quamvis sit impotens ad bellandum, potens tamen est ad eundum. Item. ¶ De mulieribus autem credimus hoc observandum, ut quae remanere noluerint viros suos sequantur. Ceterae vero nisi forte divites sint, quae secum in suis expensis possint ducere bellatores, votum redimant quod voverunt.

Idem eidem.

Ex multa tuae sollicitudinis prudentia. Item. Ex consultatione quam ad requisitionem tuam super negotio crucesignatorum olim edidimus, una tibi est ad alias quaestiones, et utrum quod in eadem dicitur vis constituat generale, ut passim praelatis quibuslibet illos secundum formam expressam absolvere liceat, qui eorum sunt iurisdictioni commissi, sollicite requisisti. Ad hoc igitur respondemus quod in consultatione nostra vis continetur, et licet ad quales ad quos tamen spectet eius executio nullatenus explicetur, illis autem solummodo vis hoc exequendum intelligitur qui super hoc mandatum ab ecclesia romana receperint speciale. Sicut igitur illi est intelligendum quod consequenter talis requisiverit, de quibus religiosis intelligendum hoc esset, utrum scilicet religiosi voverent illi qui tamen religionis habitum susceperint, quorum plures professione sunt ignari, an ei qui sunt dignitate praelati. Sic religionem debet aliis praeeminere, illa ad neutros illorum executio utrumque spectat nisi per sedem apostolicam eis specialiter delegetur. ¶ Secundo quaesivisti utrum quod dicitur super his voventium qui est inutilis ad pugnandum, quamvis habilis sit ad eundum, melius est ut redimat votum quam consumat expensas, generaliter accipi debeat, ut nobiles et magnates qui sunt consilio instructi et multos secum possint ducere bellatores, an minores tantum verbum hoc comprehendat. Unde si ad superiora oculum tuae considerationis extendas, quoniam ita invenies in serie consultationis nostrae solutum, ubi dicitur quod debiles et inopes magis in defectum terrae sanctae quam ad eius profectum accedunt, et etiam quivis possit dici minus, quod non sunt inutiles ad pugnandum, qui et si per se pugnare non possunt, nihilominus tamen consilio adhuc valent pugnantibus et per se defectum per alios relevare. Item. Quod autem super poenitentibus mulieribus quae remanere noluerint, et de aliis intelligendum esse qui se ad peregrinationis propositum vel licet voto minime astrinxerint. Item. In eodem quoque necessitate propter terram ne terrae sanctae impediatur subsidium, viri praeter uxorum assensum huius peregrinationis profiteri votum licite valeant et quod voverint libere adimplere. Ut autem consentiat sive attendi commode de. De clericis vero diximus respondendum quod cum clericis officium eos reddat inhabiles ad pugnandum, nisi autem consilio fuerint vel officio praedicationis instructi, aut magnates sint officio deputati, aut usque adeo divites fuerint et potentes ut in expensis suis aliquos secum ducere valeant bellatores, magis ab eis expedit redemptionem accipere quam ad votum illos cogere persequendum, si necessitas exigat vel utilitas persuadeat. Hoc autem de voventibus dicimus, non de his quibus labor peregrinationis in poenitentiam est iniunctus.

Idem.

Per tuas nobis litteras intimasti, quod in Constantinopolitana ecclesia ... regulare votum solemniter emisisse et postea promisisse in manibus praelati eiusdem ecclesiae ... postquam a sede apostolica redisses, votum quod emiseras impleturum. Cumque tamen ipso ... non curasses quod voveras adimplere, eadem ecclesia votum transgressionem vocatum fuisse ad regimen ecclesiae Gebennensis. Item. Nos igitur de communi consilio, ut si tuam sanare desideras conscientiam, regimini resignes ecclesiae memoratae ac reddas altissimo vota tua, quod si capitulum eiusdem ecclesiae Gebennensis te secundum canonicos duxerit eligendum, electionem potius recipere de te factam.

... Havelbergensi et ... episcopis.

Postulastis an vobis professis ordinem regularem, quorum alter cruce signatus est et reliquus eius susceptionem desiderat, aliquatenus liceat vicesima proventuum ecclesiarum vestrarum deputata succursu terrae sanctae vobiscum deferre. Item. Dicimus ... respondemus quod si ecclesiae vestrae per absentiam vestram enormiter non laedantur, et vos utiles fueritis terrae sanctae illuc pariter et exemplo, quod constat vestrae discretionis relinquendum, dimissis procuratoribus idoneis in ecclesiis vestris, proficiscimini et tenemini votum pe-

continentiam adimplere. et sic post triennium uxoris transire ualeat ad uitam et se subsidio deputare. **De statu monachorum et canonicorum regularium.**

Gregorius nonus archiepiscopo neapolitano. Theodosius et c. Aliam monasterio nec tu nec episcopi tui per diligentiam disciplinae aliquas molestias inferatis. aut sigillum illud per diuisionem ab ... accedere. uolumus uenerabilem cum monachis ibi pro uictualibus debeat prestare quod a fidelibus ualeat offerri congregare. et c. ... Monachi non pro uoto recipiantur in monasterio. nec peculium permittatur habere. nec singuli per uillas et oppida per quascumque parochiales ponantur ecclesias. sed in maiori conuentu aut cum aliquibus fratribus maneant. nec soli inter seculares homines spiritualium hostium conflictum expectent. salomone dicente. Ve soli. quia si ceciderit non est qui subleuet eum. Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit. ad sacros ordines non ascendat. is uero qui acceperit. officii suspensione mulctetur. Qui autem peculium habuerit. nisi ab abbate fuerit ei pro iniuncta administratione permissum. a communione remoueatur altaris. et qui in extremis cum peculio inuentus fuerit. et digne non penituerit. nec oblatio pro eo fiat. nec inter fratres recipiat sepulturam. quod et de uniuersis religiosis precipimus obseruari. Abbas autem qui diligenter ista non curauerit. officii sui iacturam se nouerit incursurum. Prioratus quoque seu obedientie pretio [illegible] nulli tradantur. alioquin dantes et recipientes a ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores autem cum in ecclesiis conuentualibus per electionem capitulorum suorum canonice fuerint instituti. nisi pro manifesta causa et rationabili non mutentur. uidelicet si fuerint dilapidatores. si incontinenter uixerint. aut tale aliquid egerint. pro quo amouendi merito uideantur. aut etiam si pro necessitate maioris officii de consilio fratrum fuerint transferendi.

Alexander iii. abbatibus et c. ordinis. Peruenit ad nos quod hec sunt pluracio et c. dolentes dicimus. quod et si non ab omnibus. neque in omnibus a plerisque tamen et pluribus ab illa sancta institutione discedant. dictum ut aliqui ex uobis preter constitutionem ordinis uestre regulam. uillas. ecclesias. et decimas possideant. fidelitates et hominia sumere. ... et tributarias tenere. et c.

Quocirca prelibati monachis exhortamur. quod domus ille que a prima sui origine in ipso ordine fuit fundate. constantius eminus sunt gerere. et c. Si enim religiosus originalibus ordinis institutis ad communia noluerint aliorum monasteriorum iura diuertere. oportebit nos communia iure censere. quod dignum est ut quae simile cum aliis uitam susceperunt. similem cum aliis sententiam in legibus disciplinae. Certum domus illa que de aliis instituciones se ad unum ordinem transtulerit. uiri seculares se satagunt conformare. relictis possessionibus. uel eis commutatis quas institutio uestra non recipit. sic se in omnibus religiosis uite conapietur ut quemadmodum gaudent se in sinceritate ordinis et habitus ... paupertate assumptos. sic etiam in paupertate secularium rerum se letentur uitae instructionibus conformatos.

Clemens iii. Super quodam canonico regulari qui in articulo mortis agens licet a priore suo conuentus proprium quod contra regulam latenter habuerit noluerit resignare. et sic diem clausit extremum. et fuit inter alios fratres traditus sepulture. et c. Ita. et c. Respondemus quod ille canonicus non tam fuerit iam ecclesiastica sepultura priuandus. uerum etiam si sine maximo scandalo poterit fieri. de ipsa penitus dignus est eicienda. hoc autem cum forte contigerit in similibus agendum.

Innocentius iii. plebano sancti germani. Quod dei timore postpositus sed ex fructibus tuis colligere euidenter. cum opera que facis testimonium perhibeant ueritati. Sane quondam deliberasti ad frugem melioris uite transire et fecisti plebanum resignationem. coram fratribus sancti uictoris bonorum promissione de tua conuersatione fecisti. neque professionem sollempnem emisisti. neque habitum religionis assumpsisti. sed parrochiam plebis eiusdem attendentes te laudabiliter prefuisse a florentino episcopo impetrauit. ut ministrare deberes. hoc est per presbyterum cardinalem apostolice sedis legatum propositum admisisse. quia dum

parrochiam a nobis uice tamen supplicante postularis. presertim cum de licentia prioris sancti uictoris nescias accessisse id fecisse. licet autem in clausura conclauo et monachis caueatur. ne singuli per uillas et oppida. per quascumque parochiales ponantur ecclesias et c. Quia tamen illud de canonicis regularibus specialiter non cauetur. qui et si a sanctorum monachorum consortio non putentur seiuncti. regule tamen inseruiunt laxiori. et parrochias canonici in monachis possunt ad earum parrochialium regimen in plebes ordinari. ex quo debent predicationis officium quod presbyterorum est exercere. sic tamen duximus postulantes. ut excessus plebanis officium si commode fieri poterit inter canonicos regulare tecum habeas ad cautelam. cum in his qui dei sunt et regularis obseruantie tam communio quam solatio perfruaris.

Idem abbati et conuentui sublacensi.

Cum ad monasterium sublacense et c. firmiter inhibuimus ne quis decetero monachorum litteris commissis uteretur. et c. Prohibemus quod districte in uirtute obedientie. sub obtestatione diuini iudicii ne quis monachorum proprium aliquo modo possideat. sed si quis aliquid habet proprii. totum incontinenti resignet. Si uero post hoc proprietatis aliquid fuerit deprehensus habere. regulari monitione premissa. de monasterio expellatur. nec recipiatur ulterius. nisi penitentiam secundum monasticam disciplinam. quod si proprietas apud quemquam inuenta fuerit in morte. ipsa cum eo in signum perditionis extra monasterium in sterquilinio subterretur. secundum quod beatus gregorius narrat in dyalogo se fecisse. Unde si quid cuiquam aliquid fuerit specialiter destinatum. non presumat illud accipere. sed abbati uel priori. aut cellerario assignetur. In oratorio uero. refectorio. et dormitorio continuum semper silentium obseruetur. In claustro quoque certis horis et locis secundum antiquam consuetudinem monasterii laudabiliter obseruabit.

Et in refectorio nullus eorum carnes uescatur. nisi quibusdam sollempnitatibus sicut aliquando fieri consueuerit. quando comedat cum abbate paucis inductis. ut extra refectorium edat carnes. eum in illis diebus propter regularis disciplina sic fuit

diebus obseruanda. sed si extra refectorium in infirmario esum carnium credat esse licere. quod quidem ex indulgentia possit abbas uiuendum aliquos fratrum nec hos. nec illos prout necessitas postulauerit aduocare. ipsorum secum in camera melius et plenius exhibere. porro debiles et infirmi quam minutione indigent uel aliqua medicina. non secum in camera. sed omnes in infirmario que necessaria sunt tam in carnibus quam in aliis recipiant competenter. quod si quis eorum debilis fuerit aut delicatus. ut non possit communibus cibis esse contentus. sic ei prouideatur sine scandalo aliorum. ut si abbas uel prior uoluerit in refectorio tantum sibi specialem cibum aliquem competentem non autem illum secum sed ante se faciat apportari. de quo ille ipse faciat prout tantum pro substentatione nature. Tales autem ad agendum officia monasterii deputentur. qui fideles sint et discreti. nec alicui committatur aliqua obedientia pretio possidenda. tanquam in sua sit uita locetur. sed cum oportuerit amoueri. sine contradictione qualibet reuocetur.

Prior autem preceptis post abbatem potens sit in opere et sermone. ut exemplo uite. et uerbo doctrine fratres suos et instruere possit in bono. et a malo reuocare. zelum religionis habens secundum scientiam ut delinquentes corripiat et castiget. obedientes foueat et confortet. Abbas uero cui omnes in omnibus reuerenter obediant. quanto frequentius poterit sit cum fratribus in conuentu. uigilem curam et diligentem sollicitudinem gerens de omnibus. ut de officio sibi commisso dignam deo possit reddere rationem. quod si prelatum ordinis fuerit aut contemptor. seu negligens aut remissus. procul dubio se nouerit non solum ab officio deponendum. sed etiam alio modo secundum regulam castigandum. cum offensa non solum propria uerum etiam aliena de suis manibus requiratur. Nec existimet abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare. quia abdicatio proprietatis sicut et custodia castitatis adeo est annexa regule monachali. ut contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere.

Idem in concilio generali. In singulis regnis siue prouinciis fiat de tri

cinnio in triennium, salvo iure dioecesanorum pontificum, commune capitulum abbatum atque priorum abbates proprios non habentium, qui non consueverunt tale capitulum celebrare. Ad quod universi conveniant, praepeditionem canonicam non habentes, apud unum de monasteriis ad hoc aptum, hoc adhibito moderamine, ut nullus eorum plus quam sex evectiones et octo personas adducat. Advocent autem caritative in huius novitatis primordiis duos Cisterciensis ordinis abbates vicinos ad praestandum sibi consilium et auxilium opportunum, cum sint in huiusmodi capitulis celebrandis ex longa consuetudine plenius informati. Qui absque contradictione duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor praesint capitulo universo, ita quod ex hoc nullus eorum auctoritatem praelationis assumat. Unde cum expedierit, provida possit deliberatione mutari. Huiusmodi vero capitulum aliquot certis diebus continue iuxta morem Cisterciensis ordinis celebretur. In quo diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis et observatione regulari. Et quod statutum fuerit, illis quatuor approbantibus, ab omnibus inviolabiliter observetur, omni excusatione, contradictione et appellatione remotis. Proviso nichilominus, ubi sequenti termino debeat capitulum celebrari. Et qui convenerint, vitam ducant communem, et faciant proportionaliter simul omnes communes expensas. Ita quod si non omnes potuerint in eisdem, saltem plures simul in diversis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosae ac circumspectae personae, quae singulas abbatias eiusdem regni sive provinciae non solum monachorum, sed etiam monialium secundum formam sibi praefixam vice nostra studeant visitare, corrigentes et reformantes quae correctionis et reformationis officio viderint indigere. Ita quod si rectorem loci cognoverint ab administratione penitus amovendum, denuntient episcopo proprio, ut illum amovere procuret. Quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad apostolicae sedis examen. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus et praecipimus observare. Si vero in hac novitate quicquam difficultatis emerserit, quod per praedictas personas nequeat expediri,

ad apostolicae sedis iudicium absque scandalo referatur, ceteris irrefragabiliter observatis, quae concordi fuerint deliberatione provisa. Porro dioecesani episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, ut cum ad ea praedicti visitatores accesserint, plus in illis inveniant quod commendatione sit dignum, quam quod correptione, attentissime praecaventes, ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggraventur, quia sicut volumus superiorum iura servari, ita inferiorum nolumus iniurias sustinere. Ad hoc districte praecipimus tam dioecesanis episcopis quam personis quae praeerunt capitulis celebrandis, ut per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellant advocatos, patronos, vicedominos, rectores et consules, magnates et milites, seu quoslibet alios, ne monasteria praesumant offendere in personis aut rebus. Et si forsan offenderint, eos ad satisfaciendum compellere non omittant, ut liberius et quietius Deo valeant famulari.

Honorius iii. abbatibus et monachis Cluniacensibus. Ea quae pro religionis honestate. Et infra.

Porro cum visitatores secundum statutum generalis concilii ordinati a generali abbatum capitulo processerint ad visitationis officium exequendum, de statu monachorum et observantiis regularibus diligenter inquirant, et tam in spiritualibus quam temporalibus corrigant et reforment quae viderint corrigenda. Ita tamen quod monachos delinquentes per abbatem loci corrigi faciant, eisque iniungi poenitentiam salutarem, iuxta sancti Benedicti regulam et apostolica instituta, non secundum normam pravae consuetudinis, quae quasi pro lege in quibusdam ecclesiis invaluit. Ipsi tamen visitatores monachos quos contradictores invenerint et rebelles, iuxta modum culpae iuxta vim regularem censuram percellant, absque personarum delectu, non parcendo rebellibus, ob suam pertinaciam vel potentiam amicorum, quia ovis morbida eiciatur ab ovili, ne inficiat oves sanas. Si vero abbates in corrigendis iuxta visitatorum mandatum et regularia instituta se ipsos suis monachis inventi fuerint negligentes, proclament et corripiant, et tam

puniant per se et capitulum generale, quod poena ipsorum sit aliis in exemplum. Quod si abbas non excepti fuerint a visitatoribus nimis negligentes et remissi inventi, id loci dioecesano denuntient suo monasterio, et per illum certi et fideles et prudentes coadiutores usque ad capitulum generale. Si autem dilapidatores inventi fuerint vel aliter merito amovendi, per dioecesanum, postquam hoc ei a visitatoribus denuntiatum fuerit, amoveantur absque iudiciorum strepitu a regimine abbatiae. Ac monasterio provideatur in administratore idoneo, quousque provisum canonice fuerit. Donec ipsi monasterio fuerit de abbate provisum. Quod si forsan episcopus hoc adimplere noluerit vel neglexerit, visitatores vel praesidentes capitulo generali defectum episcopi apostolicae sedi non differant intimare. Hoc idem circa exemptas abbatias fieri praecipimus, ut per visitatores vel praesidentes capitulo generali, depositione ipsorum sedi apostolicae reservata, cum ut alterutra amovendi videbuntur, interim per visitatores vel in capitulo praesidentes ab administratione suspensio administrator monasterio deputetur. Illorum autem excessus et alia quae inventa fuerint intimanda capitulo praesidentes nobis denuntient per fideles nuntios et prudentes, quibus de communi contributione abbatiarum iuxta cuiuslibet facultatem sufficientes ministrentur expensae. Decernimus autem visitatores per quaerant priorum visitatorum vestigia diligenter, et eorum negligentias et excessus referant se conferre capitulo generali, ut iuxta culpam publice debitam poenam portent. Idem et de abbatibus praesidentibus generali capitulo praecipimus observari. Praecipimus quoque ut in nullis monasteriis ad perpetuas recipiant abbates et monachi decretos clericos saeculares. Nec hi qui iam recepti sunt locum vel vocem in capitulo, dormitorio vel refectorio, seu claustro sibi vendicare contendant. Seu monachorum cetibus temporaliter se miscere praesumant. Sed beneficiis sibi concessis contenti quiete vivant honeste. Oportet enim obsequia in monasteriis studiose impendentes. Nullus ubique in spiritualibus aut temporalibus exigat in ipsis monasteriis vel usurpet. Ea quoque talium a visitatoribus inventa fuerint communi

provisione in non exemptis, et per visitatores vel praesidentes generali capitulo in exemptis buccellas provenire censeat. Hoc autem omnia in monasteriis quae non habent abbates proprios, sed priores, nec non in monasteriis monialium quo ad articulos abbatissis et monialibus congruentes praecipimus observari.

De religiosis domibus ut episcopo sint subiecte.

Gregorius Victori archiepiscopo Neapolitano.

Nulle autem ad basilicam quae dedicanda est debet dioecesanus civitatis episcopus antequam fundatores baptizaverint idonee, et ad cuius consignationem sub annua donatione contulerint. Non enim extraneus aut locus hoc quaerentibus distribuitur. Sed ille ad consecrationem vocetur, cui per huiusmodi quae subscriptionem constat debere pertinere.

Idem Acceptio abbati.

Quia monasterium quod in fundo Maciano situm est, civilitate faciente dicitur desolatum, illud tuo monasterio cum omnibus rebus suis vel quae ei competunt adiacentibus perpetuo uniendum. Et infra. Ipsum autem monasterium sic tuae nos ordinationi commisisse cognoscas, ut tamen iurisdictionem illic non episcopus sortiatur, in cuius civitatis monasterium ipsum est situm, sed in cuius dioecesi habetur. Ista sic huius loci ordinatione disposuimus, ut tamen iura sua singulis episcopis inviolata serventur. Ex decretis Aug. pp.

De xenodochiis et aliis similibus locis per sollicitudinem episcoporum in quorum dioecesi existunt ad easdem utilitates quibus constituta sunt ordinentur.

Urbanus iii. Armenien. episcopo.

Ad haec. Et infra. Inquisitioni tuae taliter respondemus, quod si locus ad hospitalitatis usum et pauperum provisionem fuerit sicut monasterium ante pontificem destinatus, cum sit religiosus, non debet mundanis usibus deputari. Circa vestibus et ligneis vasis et aliis utensilibus ad cultum religionis per pontificem deputatis antiqua consuetudo indubitanter observatur, et venerabilium patrum edocet sanctio.

Innoc. iii. Constantinopolitano patriarche.

Inter cetera. Et infra. Quamdiu monasteria per regulares poterunt remanere ordinata, non sunt ad saeculares clericos transferenda. Sed et si regulares defuerint, propter eorum defectum in eis saeculares clerici poterunt ordinari.

Idem abbati et fratribus

excipere ferretur.

Continetur in presentia nostra episcopus Albanensis in ecclesia quod pauli dicitur in qua ius patronatus monasterio vestro recognoscebatur a nobis ius episcopale petebat: quoniam sita erat in diocesi Albanensi et ita de iure suo ei tenebatur in episcopalibus respondere. Ex parte vero yconomi vestri propositum fuit ex adverso quod etsi ecclesia sita esset in diocesi Albanensi, ei tamen non tenebatur in aliquo respondere. Cum dominicus levita nunc episcopus qui fuerat episcopus Albanensis universas ecclesias ad vestrum monasterium pertinentes in diocesi eius sitas et quod iuris tam in monasterio vestro quam in eas habebat, in emphiteosim sub annua .viii. denariorum usualium pensione monasterio vestro concesserit, ita videlicet ut liceret abbati et fratribus a quocumque vellet episcopo cum ordinatione clericorum et consecratione altarium in ipso monasterio et predictis ecclesiis optinere. In quibus etiam nobis etiam monetarum ex indulgentia et C. pp. p. nostri quod ab eo factum fuerat confirmavit. Unde et si ecclesia ipsa fuisset aliquando Albanensi subiecta, monasterium tamen vestrum tamquam legitima se poterat prescriptione tueri, cum per xl. annos ipsam pacifice possedisset. Cetera yconomus episcopi concessionem episcopi levitarum tenere dicebat utpote continentem symoniacam pravitatem. Cum enim monetarum monasteriis cessisset et tamen in ordinationibus clericorum et altarium consecrationibus indulsisset eis plenariam libertatem, non est dubium quin cum spiritualia hec existant, cum ipso quod super huiusmodi recompensationem certe pensionis acceperit, commisit vitium symonie. Unde concessio huiusmodi nullius esse debet firmitatis. Confirmatio autem sedis apostolice fuerat per subreptionem optenta cum tacita de pensione nulla mentio habeatur. Et infra. Cum autem non insolitum sit nec novum ut cum episcopis concessis pro piis locis aliquid de iure suo in eis non pensionis illos quibus cum libertatis privilegium vel prerogativam aliquam aliquibus ecclesiis indulgeant, grata acceptione censum aliquem dictarum et litteris nostris ad successorum memoriam nostrorum census ex primam intentione duximus: ut prefatis yconomo monasterii vestri yconomo eiusdem episcopi super ecclesie nomine in solutione pensionis predicte in eius casu quam contingit predictam ecclesiam et revertatur

tione subtracte a xl. annis per mediam eandem perdis sententiam suam deputavimus. Et eidem yconomo vestro ab impetitione yconomi eiusdem episcopi super alis reddimus absolutum, imposito illi silentio in perpetuum. Idem abbati et conventui farfen.

Cum venerabilis frater noster .I. sabinensis episcopus ecclesiam sancti Angeli de castro cum suis pertinentiis et possessionibus petivisset. Asserens eam tam in spiritualibus quam in temporalibus ad se pertinere, allegavit autem contra ius eius quod ecclesia ipsa sita sit in diocesi Sabinensi, sub ipso debebat consistere potius, in quibus quoque ad se dictam ecclesiam pertinere nitebatur ostendere per publicum instrumentum in quo continetur expresse .I. sabinensem episcopum .h. farfensi abbati et duabus personis post ipsum dictam ecclesiam cum suis pertinentiis locavisse pro annua .iiii. solidorum papiensium pensione. Sed pars vestra proposuit instrumento predicto nullam fidem posse adhiberi propter superinductam scripturam et rasuram in loco suspecto factam, videlicet annorum ipsius recensere. Et infra. Quia igitur nobis constitit ecclesiam supradictam constitutam in diocesi Sabinensi episcopale ius in omnibus spiritualibus eidem episcopo adiudicavimus in eadem, illis tamen exceptis que per auctentica scripta ei dignoscuntur esse subtracta. Et infra. Quia non instrumentum predictum per quod episcopus intendebat ecclesiam quoad temporalia vendicare, ad faciendam super hoc fidem invalidum esse cognovimus, utpote per predicta de iure suspectum, vos ab impetitione ipsius quoad temporalia eiusdem ecclesie duximus absolvendos. Idem.

Cum dilecti filii et infra. Quia etsi non poterat in tua presentia contendere, cum nuntii monasterii se procurantes vel rationabiliter litteras non haberent, ea ipsa duximus examinanda mandantes quatinus si constiterit abbatem ad sedem apostolicam quod episcopus in eum suspensionis vel excommunicationis et in monasterium interdicti sententias tulisset legitime appellasse, vel monasterium a iurisdictione episcopi eiusdem exemptum, eo non obstante quod abbas ab eo denuntiatus est, fratrum suorum assensum et obedientiam requirere, cum ferens et dolus ei patrocinari non debeant, videatis illas sententias non tenere. Quod si abbas in exceptionibus prehabitis defecerit, nec legitima se potuerit prescriptione tueri, licet probet se aut predecessores

suos appellasse, nichominus monasterium iudicetis aquensi ecclesie subiacere. In cuius diocesi est fundatum. Sed mulier eo comprobante appellationis deficiente, si vobis constiterit de exemptione vel legitima prescriptione, tam abbatem quam monasterium ab impetitione episcopi absolvatis. Idem in galeno generali.

Ne nimia religionum diversitas gravem in ecclesia dei confusionem inducat, firmiter prohibemus ne quis de cetero novam religionem inveniat, sed quicumque ad religionem converti voluerit, unam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religiosam domum de novo fundare, regulam et institutionem accipiat de approbatis. Illud etiam prohibemus ne quis in diversis monasteriis locum monachi habere presumat, nec unus abbas pluribus monasteriis presideat. De capellis monachorum et aliorum religiosorum.

Urbanus .iii.

In ecclesiis ubi monachi habuerint presbyteros per monachos non regatur, sed cappellanus qui populum regat ab episcopo per consilium monachorum instituatur, ita ut eius solo episcopi arbitrio tam ordinatio eius quam depositio et totius vite pendeat conversatio. Innocentius .iii. archipresbitero et aliis sancte cecilie.

Cum dilecti filii .m. syndicus ecclesie vestre ab yconomo sancti Laurentii de prisanula in servitiis baptismatis, capitulo et aliis subiectionem postulans possidere et petitorium intentabat. Cum enim ecclesia sancti Laurentii sit in parrochia vestra fundata, debet de iure communi ecclesie vestre in predictis subiacere, quia nec privilegium exemptionis habet nec prescriptionem per se poterat allegare. Cum illa ecclesia sancte cecilie prescripsisset, sicut per testes dicebat legitime approbatum. Preterea cum coram .C. pp. p. nostro super predictis intendit inter vos et predictam ecclesiam questio verteretur. .m. presbiter eiusdem ecclesie fuit sponte confessus quod ecclesie sancte cecilie servitium et baptisma debebat. Cuique per vestros testes qui se illum diversis temporibus ad capitulum vocasse, ipsumque venisse non vocatum asseverabant in medium produxisset eius venire parati, predictus presbiter se vocatum ivisse ad capitulum est confessus. Unde pro nostra ecclesia vestra capi

tulo quod se congesta fuerat spoliatam. Salvo iure proprietatis et ecclesie sancti Laurentii revestiri cum eam. Sic in eis litteris continetur. Propter hoc quod spectat quo ad servitium et baptisma, et possessionem quoad capitulum nunc noluit syndicus complere. Ad hec yconomus sancti Laurentii ex adverso respondit quod ecclesia ipsa nullo medio ad romanam ecclesiam pertinebat, cum et monasterium monialium fuerat, et generaliter fuerit in urbe ut nullum monasterium nullo sit subiectum. In congruum videbatur ut regulares secularibus supponantur. Preterea usque hodie nos in ea institutiones et destitutiones liberam exercemus. Et infra. Nos igitur auditis propositis yconomum sancti Laurentii syndico vestro in baptismo et servitio condempnavimus. Verum propter hoc ecclesie romane nullum preiudicium generetur, si quod forte ius suum duxerit prosequendum rationabiliter. Institutione autem et capitulo yconomum ipsum ab impetitione syndici vestri penitus absolvimus, syndico vestro super hoc perpetuum silentium imponentes.

Honorius .iii. episcopo veneto.

Ex parte tua fuit propositum. Et infra. Abbas et conventus ravatiensis veneto diocesis occasione litterarum a sede apostolica sicut dicitur obtentarum, ut in singulis ipsorum prioratibus singuli monachi commorentur, si pluribus facultates non suppetunt eorundem. Cum autem id obviet lateranensi concilio, quo nulla mentione in litteris antedictis facta sit obviam, quod huiusmodi litteras ab apostolica sede non credimus emanasse, quod si per occupationes forsitan emanaverint nolumus per hoc derogari generali concilio supradicto. Idem burdegalensi archiepiscopo.

Ad audientiam nostram pervenit quod non nulli monachi lege cum diocesano subiecti in quibusdam prioratibus habitantes solitarii contra statutum generalis concilii. Quare ipsorum abbates seu priores ut vel ipsos ad claustrum revocent, facientes in ipsis ecclesiis deservire per clericos seculares, vel alios monachos eisdem associent, cum quibus vitam possint ducere regularem. Monitione premissa per censuram ecclesiasticam compellas. De iure patronatus.

Ex galeno medeomatricensi.

Preclarum est ut nobis visum est quod ecclesia inter heredes patroni dividi non debeat. Et si simultates inter eos surrexerint, propter quas sacerdos suus est officio canonice fungi non possit, si alter puderit

non potest presentetur ab episcopo ut nullorum ibi missarum sollempnia celebretur. donec ad gratiam redeat. et eam sacerdotem canonice habet qui libere sui ministerium valeat exercere. Ex concilio triburiensi.

Veruntamen ecclesiam et cetera. Si contigat per ecclesiam discidere parentes. ut eam nolint sub uno presbytero permanere. episcopus si aliter non potest ipsam conside. tollat inde reliquias atque eiusdem ecclesie claudit hostium. ut sacrum ministerium nullus in ea celebret antequam unum eligant presbyterum. qui sacerdos sit ydoneus pateret.

Ex concilio Literanensi.

Quoniam in quibusdam locis fundatores ecclesiarum aut heredes eorum potestate in qua eos ecclesia hucusque sustinuit abutuntur. et cum una ecclesia unius debeat esse rectoris. pro sua differentia plurimos representant. presenti decreto statuimus. ut si forte in plures partes fundatorum se vota diviserit. ille preficiatur ecclesie. qui maioribus iuvatur meritis et plurimorum eligitur plurimumque assensu. Si autem hoc sine scandalo esse nequiverit. ordinet antistes ecclesiam. sicut melius eam secundum deum viderit ordinandam. et id ipsum faciat quando de iure patronatus quaestio emerserit aliquas. et cum competenti tempore questio non fuerit diffinita. Ex eodem.

Preterea quia in tantum quorundam laycorum processit audacia. ut episcoporum auctoritate neglecta. clericos instituant in ecclesiis et removeant cum voluerint. possessiones quoque atque alia ecclesiastica bona pro sua voluntate (plerumque) distribuant. ipsos anathemate decernimus feriendos. Clericus autem qui ecclesiam per laycos sine proprii episcopi auctoritate receperit. communione privetur. et si pertinaciter a ministerio ecclesiastico ordine deponatur. Alexander episcopus eboracensi archiepiscopo.

Quod autem consulis si clericus ydoneus ad vacantem ecclesiam presentatus non fuerit ab episcopo diocesano admissus. et postmodum alius ydoneus presentatus et institutus ab episcopo possessionem tenuerit corporalem. an priori clerico ecclesiam petente debeat posterior removeri. vel posterior priori preferri. dubium non est quin in casu isto melior sit conditio possidentis. quamvis antequam presentatus per diocesanum episcopum approbetur. tamen non est quod a patrono fuerit inchoatum. decretio tue prudentie. Rursus quia si laycus clericas vel collegiis de ecclesiis vel decimis in suum concesserunt in hec illa vel filia. concessum vel dedit ecclesiam. et presentem cartam firmavit. si consensus episcopi non accessit. nichil agi videtur. quia per non dato habetur quod ab illo datur qui de iure non potest donare. Idem exoniensi episcopo.

Quia vero clerici quidam advocationes ecclesiarum comparant vel quocumque modo possunt acquirunt. ut post modum eorum filii vel nepotes. ad easdem ecclesias presententur. precipimus ut id arceas et inhibere procures eosdem advocationibus taliter acquisitis appellatione postposita spoliando. Idem herfordensi episcopo.

Ex litteris J. salesberiensis episcopi accepimus quod defuncta persona ecclesie de launceton. G. miles qui villam in qua est ecclesia sita monialibus de wintonia ad firmam tenebat. ad eandem vacantem W. clericum predicto episcopo presentavit. Postmodum abbatissa predicta monasterii alium presentavit eidem ad ecclesiam supradictam. qui nolentem presentatum ab ea recipere apud cantuariensem archiepiscopum contra eundem episcopum deposuit questionem. et infra. quia si vobis constiterit quod predicto militi prescripta villa fuerit non excepto iure patronatus ad firmam concessa. vel antequam de iure patronatus inter abbatissam et militem controversia esset suborta. prefatus W. in prescripta ecclesia per episcopum ad presentationem militis institutus fuisset. eidem eam sicut alii ydoneo adiudicetis ecclesiam. ita quod si abbatissa obtineat ad visum militis ille de temporalibus debeat respondere. Idem vidoniensi episcopo.

Illud preterea non dicimus. quod si laycus episcopo inconsulto ecclesiam non vacantem concedit religiose domui. et postea cum vacaverit ad presentationem eidem layci clericus ibi fuerit per diocesanum episcopum institutus. prior concessio factam institutionem communis habeatur rata et firma. nec possit aliquatenus impedire. cum illa concessio de iure nullius possit esse momenti. cum quia dicte non vacante facta est. tum quia laycus sine auctoritate episcopi nemini potest ecclesias dare. licet religioso loco patronus ius conferendi libere habeat facultatem. Si vero ius patronatus ecclesie vacante religioso loco contulit. et aliquis sine

presentatione fratrum eiusdem loci fuerit in ipsa ecclesia institutus. eadem secundum rigorem iuris est in statuto irritanda. Idem de eodem.

Preterea noviter quoniam. et infra. Absurdum videtur omnino ut ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes ecclesiarum ordinationes mutentur. et investiduras ecclesiarum ab advocatis vel aliis presumatur. Idem eboracensi archiepiscopo.

Cum layci episcopis nescientibus aut non consentientibus ecclesiis clericos concedant quibus habent ius patronatus. et postea pro sua voluntate alios ad easdem episcopis representant. et illi ad eorum presentationem in easdem ecclesias ab episcopis instituuntur. eorum debet institutio stare. qui auctoritate sui episcopi instituti concessio precedente que nulla est omnino evacuata. Non enim licet laycos clericos in ecclesiis proprietate propria ordinare. Idem abbatibus. prioribus. et clericis per archiepiscopatum eboracensem constitutis.

Cura pastoralis. et infra. et cetera. quoniam ex donatione laycorum sine auctoritate diocesani episcopi et consensus adstitit. nullus iura aliquas de ecclesiis vendicare presumat. vel retinere taliter acquisitas. sine legitima fuerit prescriptione munitus. aut diocesani episcopi huiusmodi postea consensus. Cum enim layci non possint in aliquas sine ius quod habent conferre. huiusmodi concessiones irritas esse censemus. Idem lugoniensi episcopo.

Si vero ordinato alicui ecclesie ad tuam institutionem spectat. et per controversiam laycorum de iure patronatus inter se disceptantium prorogatur. sicut tibi sit. appellatione remota. in eadem personam ydoneam instituere. ita quod representetur ab eo qui ius evicerit postea patronatus. Idem hospitalariis.

